BIBLIOTECA VITT. EMANUELE FONDO ESTERNSE
42
2 C
21

COMPENDIARIA

GRÆCÆ

GRAMMATICES

INSTITUTIO

IN USUM

SEMINARII PATAVINI

Multo, quam antea, emendatior, atque auctior, ut indicat ſequens Epiſtola.



PATAVII, MDCCLXXXIII.

Typis Seminarii. Apud Joannem Manfrè.

SUPERIORUM PERMISSU.

TYPOGRAPHUS LECTORI.

Grammaticam Græcam tibi do, veterem quidem illam meam, ſed nonnullis locis emendatam, pluribus auctam. Additamenta, quæ appoſita ſunt, Verba Anomala præſertim ſpectant, Adverbia, Conjunctiones, Præpoſitiones, Syntaxim, & Proſodiam, quibus partibus, neceſſariæ cum ſint, multa tamen deerant neceſſaria. In Præpoſitionibus amplificandis illud maxime ſpectatum eſt, ut majoribus præſidiis deſtituti Pueri quoddam quaſi Lexicon *haberent, in quo varias illarum ſignificationes, & conſtructiones exiguo labore, minimaque impenſa intuerentur. Plura darem, ſi re vera* Lexicon, *non* Grammaticam *inſtituerem. Quantumcumque hoc, & qualecumque eſt, æqui bonique fac; ejuſque induſtriam, qui aſſiduis Scholarum diſtentus curis & cum Operis incœpit opus, & cum iiſdem feſtinavit, proba; illudque ſcias, te in hac*

Grammatica reperturum, quæ in aliis quibuslibet non reperies ; ac plura in poſterum habiturum, ſi hic tibi labor, hoc tuis commodis inſerviendi ſtudium non diſplicuerit . Illud quoque te monitum volo, ſiqua alia Editio hujus Grammaticæ ad te pervenerit cum hoc titulo: in uſum Seminarii Patavini; *ſed ab aliis typis, quam noſtris, profecta ; eam in uſus & commoda noſtra non eſſe adornatam ; ſed ad conciliandos aliis emptores, & aucupium faciendum non ſuo titulo inſcriptam. Vale.*

GRÆCORUM LITERÆ VIGINTI QUATUOR.

Nomen.	*Figura.*		*Poteſtas.*
Aſpha	Α	α	a
Beta	Β	β	b
Gamma	Γ	γ	g
Delta	Δ	δ	d
E pſilon	Ε	ε	e
Zeta	Ζ	ζ	z
Eta	Η	η	i e
Theta	Θ	ϑ	th
Iota	Ι	ι	i
Cappa	Κ	κ	c, k
Lamda	Λ	λ	l
My	Μ	μ	m
Ny	Ν	ν	n
Xi	Ξ	ξ	x, cs
O micron	Ο	ο	o parvum
Pi	Π	π	p
Rho	Ρ	ρ	r
Sigma	Σ	σ ς	ſ
Tau	Τ	τ	t
Y pſilon	Υ	υ	y
Phi	Φ	φ	ph
Chi	Χ	χ	ch.
Pſi	Ψ	ψ	pſ
O mega	Ω	ω	o magnum

De quarumdam literarum pronuntiatione.

β pronuntiatur ut *b* latinum, tametſi quidam malint pronuntiare ut *v* conſonans.

δ pronuntiatur ut *d* latinum, ſed aliquanto bleſius.

η a Græcis noſtris pronuntiatur ut *i* latinum; ſed revera magis accedere debet ad ſonum literæ *e*; & quidem in *e* convertitur, quoties a Græcis ad Latinos migrat.

ο, & ω hodie pronuntiatione non diſtinguuntur; ſed tamen credibile eſt, ω apud veteres Græcos aliquanto ſonantius, ac plenius fuiſſe.

υ pronuntiari deberet ut *u* Gallicum, labris tanquam ad ſibilum preſſis; Græci noſtri ita pronuntiant, quemadmodum *y* in vocibus latinis.

Diphthongi, ut ex ipſo nomine patet, duplici ſono pronuntiari deberent; ſed jam uſus obtinuit in Italia, & in Græcia, ut αι, ει, οι, ου tamquam ſimplices vocales proferantur. Itaque αι, valet *æ*, ει & οι valent *i*; ου valet *u*.

γ ante γ ſonat perinde ut ν, ut ἄγγελος, *nuncius*: item ante κ, ut πέφαγκα, *apparui*; ante ξ, ut λύγξ, *ſingultus*; & ante χ, ut ἔγχος, *haſta*. Imo antiqua monumenta in his locis habent modo γ, modo ν.

NE-

NEXUS LITERARUM.

αι valet αι.		ϑρ valet ϑρ.		σπ valet σπ.	
ἀπο	ἀπο.	χαι	χαι.	ος	σσ.
αν	αν.	ἐ	χαὶ.	ς	στ.
αρ	αρ.	χ̀	χαί.	χ	σχ.
ας	ας.	χ̃	χατὰ.	τα	τα.
αυ	αυ.	χ̃ω	χῶν.	τ̃	ταῖς.
αυτ	αυτοῦ.	λλ	λλ.	τε	τε.
αὐτ	αὐτοῦ.	μα	μα.	τ	ται.
γδ	γὰρ.	μθ	μεθ.	τη	τη.
γν	γεν.	μν	μεν.	τ̃	τῆς.
γρ	γρ.	μ̃	μετὰ.	τ̃	τὴν.
δε	δε.	μ̃ν	μῶν.	το	το.
δια	δια.	ο	ου.	τ̃	τον.
ει	ει.	οδ	οὐδ.	τ̃ν	τῶν.
ει	ει.	οκ	οὐκ.	τ̃	τῶν.
εἶναι	εἶναι.	παρα	παρα.	τ̃	τοῦ.
ἐκ	ἐκ.	περ	περ.	υ	ῦ.
ἐν	ἐν.	περι	περι.	υι	υι.
ἐξ	ἐξ.	πρ	πρ.	υν	υν.
επι	επι.	ρι	ρι.	ὑπ	ὑπ.
ἐστι	ἐστι.	σϑ	σϑ.	χρ	χρ.
ευ	ευ.	σϑαι	σϑαι.	ω	ῶ.
ην	ην.	σι	σι.	ω	ῶ.

De Diviſione Literarum.

Septem ſunt Vocales, α, ε, η, ι, ο, υ, ω.
Reliquæ omnes ſunt Conſonantes.

De Diviſione Vocalium.

Vocales
- Longæ, η, ω.
- Breves, ε, ο.
- Ancipites, α, ι, υ.
- Mutabiles, α, ε, ο.
- Immutabiles, η, ι, υ, ω.
- Præpoſitivæ, α, ε, η, ο, ω.
- Subjunctivæ, ι, υ.

Dicuntur longæ, quia ſuapte natura producuntur: Breves, quia corripiuntur: Ancipites, quia alicubi producuntur, alicubi corripiuntur: Mutabiles, quia in quibuſdam temporibus Verborum mutantur. Immutabiles, quia non mutantur: Præpoſitivæ, quia præcedunt in componendis diphthongis; Subjunctivæ, quia in componendis diphthongis ſubſequuntur.

De Diphthongis.

Diphthongi
- Propriæ, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου.
  valent, æ, av, i, ev, i, u.
- Impropriæ, ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.
  valent, a, i, o, iv, yi, ou.
- Mutabiles, αι, αυ, οι.
- Immutabiles, ει, ευ, ου.

Appellantur Propriæ, quia, ſi recte pronuntientur, ut veteres pronuntiabant, duplicem ſonum reddunt: Impropriæ, quia ſimplicem efficiunt ſonum: Mutabiles, quia in quibuſdam temporibus Verborum mutantur: Immutabiles, quia non mutantur.

De Diviſione Conſonantium.

Conſonantes
- Mutæ.
- Semivocales,

Mutæ
- Tenues, π, κ, τ.
- Mediæ, β, γ, δ.
- Aſpiratæ, φ, χ, θ.

Dicuntur Tenues, quia proferuntur minima ſpiritus copia; Mediæ, quia mediocri; Aſpiratæ, quia maxima. Quoniam vero ſola ſpiritus intenſione differunt, facile una Tenuis migrat ad Mediam, vel Aſpiratam ſibi affinem.

Mu-

Mutæ inter ſe affines { π, β, φ, *propter idem inſtrumentum* Labiorum. κ, γ, χ, Palati. τ, δ, θ, Dentium

Semivocales { Liquidæ, ſeu Immutabiles. Duplices.

Liquidæ, λ, μ, ν, ρ.

Nuncupantur Liquidæ, quia poſt Mutam poſitæ quaſi liqueſcunt. Immutabiles, quia non facile mutantur, ut aliæ conſonantes in inflexionibus Nominum, & Verborum.

Duplices { ζ valent σδ, vel δσ. ξ valent κσ, γσ, χσ. ψ valent πσ, βσ, φσ.

σ, Semivocalis eſt ſuæ poteſtatis: *nec Liquida, nec Duplex; credita non vera litera, ſed potius ſibilus.*

De Accentibus.

Accentus ſunt tres: Acutus ´: Θεός, *Deus*: Gravis `: τιμὴ, *honor*: Circumflexus ῀: ποιῶ, *facio*. Acutus habet locum in ultima ſyllaba, penultima, & antepenultima: Circumflexus in ultima, & penultima: Gravis tantum in ultima ſignatur, ſed in omni ſyllaba intelligitur, in qua nullus eſt Accentus. Acutus, & Circumflexus attollunt ſyllabam: Gravis deprimit.

Omnis Acutus finalis in orationis contextu vertitur in Gravem: ut Θεὸς ἡμῶν: ſed τίς interrogativum ſemper Acutum retinet.

De Spiritibus.

Spiritus duo ſunt: Lenis, ſive Tenuis, ᾽: ut ἐς: Aſper, ſive Denſus. ῾: ut ὁ:

Omnis dictio incipiens a vocali, vel diphthongo ſpiritum Lenem, vel Aſperum accipit in principio: ut ὄρος, *mons*: ἑκατὸν, *centum*. Omnes dictiones incipientes ab ὑ, vel ῥ aſpirantur. Sed ſi in medio ρ geminetur, prius Leni ſpiritu, alterum Aſpero notatur, ut ἐῤῥωσο, *vale*.

De Apoſtropho.

Apoſtrophus ᾽ eſt nota rejectæ vocalis ob vocalem ſequentem.

Rejiciuntur per Apoſtrophum vocales, α, ε, ι, ο; di-

diphthongi *αι*, *οι*: ut *κατ' αὐτὸν*, pro *κατὰ αὐτὸν*: *βέλομ' ἐγὼ*, pro *βέλομαι ἐγώ*.

Si poſt Apoſtrophum ſequitur vocalis, aut diphthongus Aſpirata, tunc præcedens Tenuis, vel una, vel duæ, mutantur in ſuas Aſpiratas: ut *ἀφ' ἑ*, pro *ἀπὸ ἑ*: *νύχθ' ὅλῳ*, pro *νύκτα ὅλῳ*.

De Partibus Orationis.

Octo ſunt partes Orationis: Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Adverbium, Conjunctio, Præpoſitio.

Numeri ſunt tres: Singularis, Dualis, Pluralis.

Caſus ſunt quinque: Nominativus, Genitivus, Dativus, Accuſativus, Vocativus.

Genera ſunt tria: Maſculinum, Fœmininum, Neutrum.

De Articulo.

Articulus duplex eſt: Præpoſitivus, ὁ, ἡ, τὸ, hic, hæc, hoc: *apud Italos*, *il*, *la*, *lo*: Subjunctivus, ὅς, ἥ, ὅ, qui, quæ, quod.

Articulus Præpoſitivus.

	Singular.	Dual.	Plural.
	N. G. D. A.	N. A. G. D.	N. G. Da. A.
Maſc.	ὁ, τοῦ, τῷ, τὸν.	τὼ, τοῖν.	οἱ, τῶν, τοῖς, τοὺς.
Fœm.	ἡ, τῆς, τῇ, τὴν.	τὰ, ταῖν.	αἱ, τῶν, ταῖς, τὰς.
Neut.	τὸ, τοῦ, τῷ, τὸ.	τὼ, τοῖν.	τὰ, τῶν, τοῖς, τὰ.

Articulus Subjunctivus.

	Singular.	Dual.	Plural.
	N. G. D. A.	N. A. G. D.	N. G. Da. A.
Maſc.	ὅς, ἕ, ᾧ, ὅν.	ὥ, οἷν.	οἵ, ὧν, οἷς, ἅς.
Fœm.	ἥ, ἧς, ᾗ, ἣν.	ἃ, αἷν.	αἵ, ὧν, αἷς, ἅς.
Neut.	ὅ, ἕ, ᾧ, ὅ.	ὥ, οἷν.	ἅ, ὧν, οἷς, ἅ.

De Nomine.

Nominum Declinationes ſunt decem: Quinque nominum Simplicium: Quinque nominum Contractorum. Quatuor priores Declinationes Simplicium ſunt pariſyllabæ, ideſt non creſcentes in genitivo. Quinta vero eſt impariſyllaba, in genitivo creſcens; ex qua oriuntur omnes Declinationes Contractorum.

SIM-

SIMPLICIUM

Declinatio Prima.

Duas habet terminationes, ας, & ης, generis tantum maſculini, ut ὁ αἰνείας, Æneas, ὁ χρύσης, Chryſes: ſed ὁ, ἡ λῃστὴς, latro, communis generis, ut aliqui volunt.

Sing. Nom. ὁ αἰνείας, Gen. τοῦ αἰνείου, Dat. τῷ αἰνείᾳ, Acc. τὸν αἰνείαν, Voc. ὦ αἰνεία.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ αἰνείᾳ, Genit. & Dat. τοῖν αἰνείαιν.

Plur. Nom. οἱ αἰνεῖαι. Gen. τῶν αἰνειῶν, Dat. τοῖς αἰνείαις, Acc. τὰς αἰνείας. Voc. ὦ αἰνεῖαι.

Sing. Nom. ὁ χρύσης, Gen. τοῦ χρύσου. Dat. τῷ χρύσῃ, Acc. τὸν χρύσην, Voc. ὦ χρύσῃ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ χρύσᾳ, Gen. & Dat. τοῖν χρύσαιν.

Plural. Nom. οἱ χρύσαι, Gen. τῶν χρυσῶν, Dat. τοῖς χρύσαις, Acc. τὰς χρύσας, Voc. ὦ χρύσαι.

Omnis Genitivus pluralis deſinit perpetuo in ων.

In prima autem, & ſecunda Declinatione ſemper circumflectitur in ultima. Excipe tamen fœminea a maſculinis tertiæ ducta, ut ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων.

Dativus ſingularis in quatuor primis Declinationibus habet ι ſemper ſubſcriptum, ſcilicet, α, η, ω, punctulo ſubjecto.

Quædam nomina in ας *Dorice declinata formant* Gen. *in* α, *ut* ὁ δωμᾶς, τοῦ δωμᾶ.

Attice Vocativus eſt idem cum nominativo in omni declinatione: in hac autem prima Vocativi quidem in α, Attice, & poetice pro nominativis uſurpantur.

Exceptio.

Nomina in της, ut προφήτης, propheta; Gentilia, ut Σκύθης, Scytha; Poetica in πης, ut κωπήτης, impudens; Compoſita a πωλῶ vendo, ut βιβλιοπώλης, librorum venditor; a μετρῶ metior, ut γεωμέτρης, terræ menſor, a τρίβω tero, ut παιδοτρίβης, puerorum præ-

præceptor, formant Vocativum in *α* breve, ut *ὦ προφῆτα*, *ὦ σκύθα*, &c.

Sing. Nom. *ὁ κριτὴς*, judex, Gen. *τοῦ κριτοῦ*, Dat. *τῷ κριτῇ*, Acc. *τὸν κριτὴν*, Voc. *ὦ κριτά*.

Dual. Nom. Acc. Vocat. *τὼ κριτὰ*, Gen. & Dat. *τοῖν κριταῖν*.

Plural. Nom. *οἱ κριταὶ*, Gen. *τῶν κριτῶν*, Dat. *τοῖς κριταῖς*, Acc. *τοὺς κριτὰς*, Voc. *ὦ κριταί*.

Declinatio Secunda.

Duas complectitur terminationes, *α*, & *η*, generis fœminini, ut *ἡ μοῦσα*, musa, *ἡ τιμὴ*, honor.

Sing. Nom. *ἡ μοῦσα*, Gen. *τῆς μούσης*, Dat. *τῇ μούσῃ*, Acc. *τὴν μοῦσαν*, Vocat. *ὦ μοῦσα*.

Dual. Nom. Acc. Voc. *τὰ μούσα*, Gen. & Dat. *ταῖν μούσαιν*.

Plur. Nom. *αἱ μοῦσαι*, Gen. *τῶν μουσῶν*, Dat. *ταῖς μούσαις*, Acc. *τὰς μούσας*, Voc. *ὦ μοῦσαι*.

Sing. Nom. *ἡ τιμὴ*, Gen. *τῆς τιμῆς*, Dat. *τῇ τιμῇ*, Acc. *τὴν τιμὴν*, Voc. *ὦ τιμή*.

Dual. Nom. Acc. Voc. *τὰ τιμά*, Gen. & Dat. *ταῖν τιμαῖν*.

Plural. Nom. *αἱ τιμαὶ*, Gen. *τῶν τιμῶν*, Dat. *ταῖς τιμαῖς*, Acc. *τὰς τιμὰς*, Voc. *ὦ τιμαί*.

Sing. Nom. *ἡ λύπη*, dolor. Gen. *τῆς λύπης*, Dat. *τῇ λύπῃ*, Acc. *τὴν λύπην*, Voc. *λύπη*.

Dual. Nom. Accus. Voc. *τὰ λύπα*, Gen. & Dat. *ταῖν λύπαιν*.

Plur. Nom. *αἱ λύπαι*, Gen. *τῶν λυπῶν*, Dat. *ταῖς λύπαις*, Acc. *τὰς λύπας*, Voc. *ὦ λύπαι*.

Exceptio.

Finita in *δα*, *θα*, *ρα*, & *α* purum, retinent in toto singulari *α*. Itaque Genitivus est in *ας*; Dativus in *ᾳ*: Sic *Ἀθηνᾶ*, Minerva, *Ναυσικᾶ*, Nausica, *μνᾶ*, mina, contracta ex *Ἀθηνάα*, *Ναυσικάα*, *μνάα*. His adde *Θέκλα*, Thecla, Genit. *ας*, Dat. *ᾳ*. Dicitur *α* purum, cum vocalis, vel diphthongus præcedit *α*.

Sing. Nom. *ἡ φιλία*, amicitia Gen. *τῆς φιλίας*, Dat. *τῇ φιλίᾳ*, Acc. *τὴν φιλίαν*, Voc. *ὦ φιλία*.

Dual.

Dual. Nom. Acc. Vocat. τὰ φιλίᾳ, Gen. & Dat. ταῖν φιλίαιν.

Plural. Nom. αἱ φιλίαι, Gen. τῶν φιλιῶν, Dat. ταῖς φιλίαις, Acc. τὰς φιλίας. Voc. ὦ φιλίαι.

Sing. Nom. ἡ γέφυρα, pons, Gen. τῆς γεφύρας, Dat. τῇ γεφύρᾳ, Acc. τὴν γέφυραν, Voc. ὦ γέφυρα.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ γεφύρᾳ, Gen. & Dat. ταῖν γεφύραιν.

Plur. Nom. αἱ γέφυραι, Gen. τῶν γεφυρῶν, Dat. ταῖς γεφύραις, Acc. τὰς γεφύρας, Voc. ὦ γέφυραι.

Quædam nomina ſecundæ Declinationis in Dativo, & Accuſativo ſingulari patiuntur Metaplaſmum, ut ἀλκὶ, *pro* ἀλκῇ, *robori, & plurima augentur ſyllabis* φι, *&* φιν, *ut* θύρᾳ, *janua*, θύρῃφι.

Declinatio Tertia.

Duas continet terminationes, ος, & ον. ος maſculini, fœminini, & communis generis; ον neutrius: ut ὁ καρπὸς, fructus; τὸ ξύλον, lignum, &c.

Sing. Nom. ὁ καρπὸς, fructus, Gen. τοῦ καρποῦ, Dat. τῷ καρπῷ, Acc. τὸν καρπὸν, Voc. ὦ καρπέ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ καρπώ, Gen. & Dat. τοῖν καρποῖν.

Plur. Nom οἱ καρποὶ, Gen. τῶν καρπῶν, Dat. τοῖς καρποῖς, Acc. τοὺς καρπούς, Voc. ὦ καρποί.

Sing. Nom. ὁ λόγος, ſermo, Gen. τοῦ λόγου, Dat. τῷ λόγῳ, Acc. τὸν λόγον, Voc. ὦ λόγε.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ λόγω, Gen. & Dat. τοῖν λόγοιν.

Plur. Nom. οἱ λόγοι, Gen. τῶν λόγων, Dat. τοῖς λόγοις, Acc. τοὺς λόγους, Voc. ὦ λόγοι.

Sing. Nom. ἡ ἄμπελος, vitis, Gen. τῆς ἀμπέλου, Dat. τῇ ἀμπέλῳ, Acc. τὴν ἄμπελον. Voc. ὦ ἄμπελε.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ ἀμπέλω, Gen. & Dat. ταῖν ἀμπέλοιν.

Plur. Nom. αἱ ἄμπελοι, Gen. τῶν ἀμπέλων, Dat. ταῖς ἀμπέλοις, Acc. τὰς ἀμπέλους, Voc. ὦ ἄμπελοι.

Sing. Nom. ὁ, ἡ ἄνθρωπος, hic, & hæc homo, Gen. τοῦ, τῆς ἀνθρώπου, Dat. τῷ, τῇ ἀνθρώπῳ, Acc. τὸν, τὴν ἄνθρωπον, Voc. ἄνθρωπε.

Dual.

Dual. Nom. Accuſ. Voc. τὼ, ἢ τὰ ἀνθρώπω, Gen. & Dat. τοῖν, ἢ ταῖν ἀνθρώποιν.

Plur. Nom. οἱ, ἢ αἱ ἄνθρωποι, Gen. τῶν ἀνθρώπων. Dat. τοῖς, ἢ ταῖς ἀνθρώποις, Acc. τὼς, ἢ τὰς ἀνθρώπως. Voc. ὦ ἄνθρωποι.

Sing. Nom. τὸ ξύλον, Cen. τοῦ ξύλου, Dat. τῷ ξύλῳ, Acc. τὸ ξύλον, Voc. ὦ ξύλον.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ ξύλω, Gen. & Dat. τοῖν ξύλοιν.

Plur. Nom τὰ ξύλα, Gen. τῶν ξύλων, Dat. τοῖς ξύλοις, Accuſ. τὰ ξύλα, Voc. ὦ ξύλα.

Poetice Dativus, & Accuſativus ſingularis, & Dativus pluralis mutantur per Metaplaſmum, ut παρθένι *pro* παρθένῳ, ἄστρασι, *pro* ἄστροις, σάββασι *pro* σαββάτοις. *Pauca patiuntur Apocopen, ut* ἴερ *pro* ἴερον, *lana: & nonnullis* φι *&* φιν, *adjungitur, ut* στρατόφι, *pro* στρατὸς, *exercitus.*

Quarta Declinatio Atticorum propria.

Duas habet terminationes, ως & ων· ως maſculini, fœminini, & communis generis, & ων neutrius, ut ὁ μενέλεως, Menelaus, τὸ ἔγεων, fertile.

Sing. Nom. ὁ μενέλεως, Gen. τοῦ μενέλεω, Dat. τῷ μενέλεῳ, Acc. τὸν μενέλεων, Voc. ὦ μενέλεως.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ μενέλεω, Gen. & Dat. τοῖν μενέλεῳν.

Plur. Nom. οἱ μενέλεῳ, Gen. τῶν μενέλεων, Dat. τοῖς μενέλεῳς, Acc. τὼς μενέλεως, Voc. ὦ μενέλεῳ.

Singul. Nom. τὸ ἔγεων. Gen. τοῦ ἔγεω, Dat. τῷ ἔγεῳ. Accuſ. τὸ ἔγεων, Voc. ὦ ἔγεων.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ ἔγεω, Gen. & Dat. τοῖν ἔγεῳν.

Plural. Nom. τὰ ἔγεω, Gen. τῶν ἔγεων, Dat. τοῖς ἔγεῳς, Acc. τὰ ἔγεω, Voc. ὦ ἔγεω.

Quinque nomina hujus Declinationis formant Accuſativum in ω: *uti* ἄθως, ἄθω, *Atho mons,* ἕως, ἕω, *aurora,* κέως, κέω, *Ceos inſula,* κῶς, κῶ, *Cos inſula,* λαγὼς, λαγὼ, *lepus.*

Veteres Attici ν *finalem ex accuſativo removerunt, ut* ἀγὴ-

ἀγῶρω pro ἀγῆρων. Unicum eſt nomen hujus Declinationis in ως neutrius generis: τὸ χρέως, debitum.

Quinta Declinatio impariſyllaba.

Novem habet terminationes, quatuor vocales, α, ι, υ, ω, & quinque conſonantes, ν, ρ, σ, ξ, ψ: genera vero comprehendit omnia.

Sing. Nom. ὁ πᾶν, Titan. Gen. τοῦ πᾶν-ος. Dat. τῷ πᾶνι, Acc. τὸν πᾶνα, Voc. ὦ πᾶν.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ πᾶνε, Gen. & Dat. τοῖν πτάνοιν.

Plural. Nom. οἱ πτᾶνες, Gen. τῶν πτάνων, Dat. τοῖς πτᾶσι, Acc. τὰς πτᾶνας, Voc. ὦ πτᾶνες.

Sing. Nom. ἡ λαμπὰς, lucerna, Gen. τῆς λαμπάδος, Dat. τῇ λαμπάδι, Acc. τὴν λαμπάδα, Voc. ὦ λαμπάς.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ λαμπάδε, Gen. & Dat. ταῖν λαμπάδοιν.

Plural. Nom. αἱ λαμπάδες, Gen. τῶν λαμπάδων, Dat. ταῖς λαμπάσι, Acc. τὰς λαμπάδας. Voc. ὦ λαμπάδες.

Sing. Nom. τὸ σῶμα, Gen. τοῦ σώματ-ος, Dat. τῷ σώματι, Acc. τὸ σῶμα, Voc. ὦ σῶμα.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ σώματε, Gen. & Dat. τοῖν σωμάτοιν.

Plur. Nom. τὰ σώματα, Gen. τῶν σωμάτων, Dat. τοῖς σώμασι, Acc. τὰ σώματα, Voc. ὦ σώματα.

Accuſativus deſinit in α.

Exceptiones.

1° Nomina in ις, & υς, pura in genitivo, formant Accuſativum in ιν, & υν: ut ὁ ὄφις ſerpens, τὸν ὄφιν, ὁ βότρυς, racemus, τὸν βότρυν.

2 Gravitona in ις, & υς, non pure declinata, utramque retinent terminationem, α, & ν: ut ἡ ἔρις, contentio, τὴν ἔριδα, & ἔριν. ὁ νέηλυς, advena, τὸν νεήλυδα, & νέηλυν.

3. Nomina in αυς, & ευς, formant accuſativum in αυν, & ευν, ut γραῦς, anus, γραῦν. βοῦς, bos, βοῦν, poetice βόα. Sed πούς, pes, habet πόδα, & ὀδούς, dens, ὀδόντα.

Vo-

Vocativus ſimilis eſt Nominativo.

Exceptiones.

1 Nomina, quæ declinantur in Genitivo per αντος, ut ὁ Θόας, θόαντος, Thoas: per εντος, ut, ὁ χαρίεις, χαρίεντος, gratioſus: per οντος, ut ὁ γέρων, γέροντος, ſenex, formant Vocativum ablato τος Genitivi: ut ὦ θόαν, ὦ χαρίεν, ὦ γέρον. Adjectiva tamen in ις habent Vocativum etiam in ι, ut ὦ χαρίι.

2 Excluduntur ab hac regula omnia Participia, itemque nomina propria in ης: horum enim Vocativus ſimilis eſt Nominativo: ut ὁ τύψας, τύψαντος, ὦ τύψας: ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, ὦ τυφθεὶς: ὁ τύπτων, τύπτοντος, ὦ τύπτων: ὁ Κλήμης, εντος, ὦ Κλήμης, Clemens: ὁ Ουάλης, εντος, ὦ Ουάλης, Valens.

3 Adjectiva in ην, ut ὁ, ἡ τέρην, τέρενος, tener, & Gravitona in ωρ, ut ὁ παντοκράτωρ, παντοκράτορος, omnipotens, ὁ Νέστωρ, Νέστορος, Neſtor; & in ας, ανος, ut ὁ μέλας, μέλανος, niger; & in ων, ονος, ut δαίμων, δαίμονος, formant Vocativum ablato ος Genitivi ut ὦ τέρεν· ὦ παντοκράτορ, ὦ Νέστορ· ὦ μέλαν· ὦ δαῖμον.

4 Gravitona in ηρ formant vocativum in ερ, ut ἡ μήτηρ, mater, ὦ μῆτερ: & quatuor acutitona, ὁ πατὴρ, pater, ὁ δαὴρ, levir, ὁ ἀνὴρ, vir, ὁ σωτὴρ, ſalvator, ὦ πάτερ, δάερ, ἄνερ, σῶτερ.

5 Nomina in ους, & υς abjiciunt σ: ut βασιλεύς, rex, ὦ βασιλεῦ: præter πους pes, ὦ πούς: (ambiguum id tamen in δίπους, & cæteris compoſitis) & ὀδούς, dens, ὦ ὀδούς, & participia δούς, & γνούς.

6 Gravitona in ις, & υς, ut ὁ ἔφις ſerpens, ὁ βότρυς, botrus; & adjectiva acutitona in υς: ut ὀξύς, acutus, itemque monoſyllaba in υς, ut ὁ μῦς, mus: amittunt σ in Vocativo: ut ὦ ὄφι· ὦ βότρυ· ὦ ὀξύ· ὦ μῦ. Subſtantiva acutitona, in ις, & υς; ut ἡ πατρὶς, patria, ἡ χλαμύς, chlamys; retinent σ in Vocativo: ut ὦ πατρὶς, ὦ χλαμύς.

No-

Nomen ὁ, ἡ παῖς, puer, & puella, Vocativum habet, ὦ παῖ. Sed ejus compoſita retinent σ: ut ὁ, ἡ ἄπαις, expers liberorum, ὦ ἄπαις. ὁ ἡ εὔπαις, prole felix, ὦ εὔπαις.

De Dativo Plurali.

Dativus pluralis formatur vel a Dativo ſingulari aſſumendo σ ante ι, & abjiciendo δ, θ, ν, τ, vel a nominativo ſingulari, addendo ι in nominibus exeuntibus in ξ, ψ, vel diphthongo, ut Ἄραψ, Arabs, Ἄραψι. βασιλεύς, rex βασιλεῦσι. κόραξ, corvus, κόραξι. Βοῦς, bos, Βουσί. At πούς, pes, ποσί.

Cum penultima Dativi ſingularis eſt longa poſitione, fit longa etiam in Dativo plurali addendo ι poſt ε, & υ poſt ο; ita ut, quæ habent in Dativo ſingulari εντ, habeant in Dativo plurali εσι· quæ vero οντ, habeant ουσι: ut πᾶσέντ, πᾶσεῖσι· λέοντ, λέουσι.

Nomina, quæ Syncopen patiuntur, formant Dativum pluralem in ασι, ut πατὴρ, πατρὸς, πατράσι. μήτηρ, μητρὸς, μητράσι. Sed in Accuſativo ſingulari πατέρα, & μητέρα, tantum leguntur; quia πάτρα, patriam, & μήτρα, matricem ſignificant.

Dativis pluralibus in σι, & perſonis verborum deſinentibus in ε, vel σι, itemque tertiæ perſonæ ſingulari verbi εἰμὶ, additur ν, cum vocalis vel diphthongus ſubſequitur: ut λέουσιν ἐκείνοις: ἔτυπτεν αὐτὸν: τύπτουσιν ἐκεῖνον. Quod aliquando fieri ſolet, etiamſi conſonans ſubſequatur, præſertim in fine periodi.

Dativus Poeticus formatur a genitivo ſingulari mutando ος in εσι, vel εσσι· ut ἥρως, ἡρώεσι, & ἡρώεσσι, heros. ἔπος, ἐπέεσσι, verbum.

Quibuſdam neutris hujus declinationis in ος additur Syllaba φι, & φιν verſo o in ε: ut τὸ στῆθος, pectus, στήθεσφι· τὸ ὄρος, mons, ὄρεσφι· τὸ ὄχος, currus, ὄχεσφι. In fœmininis vero in ων, abjicitur σ genitivi: ut ἡ κοτυληδών, coxa, κοτυληδόνος, κοτυληδονόφι: ἡ μελεδών, cura, μελεδονόφι.

Apocope etiam accidit in hac declinatione in omnibus caſibus ſingularibus: ut in Nominativo τὸ σκέπα, pro σκέπασμα, tegmen. In Genitivo, τοῦ αἶψ, pro αἴψατος.

In Dativo, τῇ δαΐ, *pro* δαΐδι, *pugnæ*: παράκοιτι *pro* παρακοίτιδι, *uxori*: τῷ ἱδρῷ, *pro* ἱδρῶτι, *sudori*. *In Accusativo*, τὸν Ἀπόλλω, *pro* Ἀπόλλωνα. τὸν ἱδρῶ *pro* ἱδρῶτα, *sudorem*. *In Vocativo*, ὦ Λαοδάμα, *pro* Λαοδάμαν, *Laodamas*. Αἶα, *pro* Αἶαν, *Ajax*.

Nomina ad confirmandum usum Declinationum Simplicium.

Primæ.

ὁ ταμίας, *quæstor*.
ὁ μεσσίας, *Messias*.
ὁ ἀγχίσης, *Anchises*.
ὁ μαθητὴς, *discipulus*.
ὁ προφήτης, *propheta*.
ὁ ἱπποπώλης, *equorum venditor*.
ὁ σιτομέτρης, *mensor frumenti*.
ὁ οἰκοτρίβης, *verna*.

Secundæ.

ἡ δόξα, *gloria*.
ἡ ἀρετὴ, *virtus*.
ἡ ἄκανθα, *spina*.
ἡ χαρὰ, *gaudium*.
ἡ σελήνη, *luna*.
ἡ λήδα, *Leda*.
ἡ μάχαιρα, *gladius*.
ἡ σοφία, *Sapientia*.

Tertiæ.

ὁ θυμὸς, *animus*.
ὁ φόβος, *timor*.
ὁ, ἡ ἔνδοξος, *gloriosus*.
ἡ παρθένος, *virgo*.
ἡ σύνοδος, *conventus*.
τὸ ἔργον, *opus*.

Quartæ.

ὁ νεὼς, *templum*.
ὁ ἄνεως, *tacitus*.
ὁ νικόλεως, *Nicolaus*.
ἡ ἅλως, *area*.
ὁ, ἡ βαθύγεως, *profundus*.
ὁ, ἡ δίκερως, *bicornis*.
τὸ ἀνώγεων, *cœnaculum*.
τὸ ἀνάπλεων, *plenum*.

Quintæ.

In qua, ut variæ sunt terminationes nominativi, ita etiam variæ vocales, & consonantes sunt ante ος *Genitivi.*

α. τὸ γράμμα, τος, *litera*.
ι. τὸ μέλι, ιτος, *mel*.
υ. τὸ γόνυ, υος, *genu*.
ω. ἡ Λητὼ, όος, *Latona*.
ων. ὁ παιὰν, ᾶνος, *Pæan*.
ων. τὸ τέρεν, ενος, *tenerum*.
τὸ χαρίεν, εντος, *gratiosum*.
ω. ὁ μόσχος, ου, *vitulus*.
ων. τὸ δίκρανον, ου, *bipes*.
ω. ὁ μόσχων, ωνος, *turris*.

ων.

ων. ὁ κλών, ωνὸς, ramus.
ἡ χελιδών, όνος, hirundo.
ὁ δράκων, οντ☉, draco.
ξ, ὁ θώραξ, ακ☉, thorax.
ἡ θρίξ, τριχὸς, capillus.
ὁ ὄνυξ, υχ☉, unguis.
ρ. ἡ θύγατηρ, ατρ☉, uxor.
ὁ φθεὶρ, ειρὸς, pediculus.
ηρ. ὁ σὴρ, ηρὸς, vermis.
ὁ ἀνὴρ, ἑρ☉, & ἀνδρὸς, vir.
όρ. τὸ ἦτορ, ορ☉, cor.
υρ. ὁ, ἡ μάρτυρ, υρ☉, teſtis.
ωρ. ὁ φὼρ, ωρὸς, fur.
τὸ ὕδωρ, ατ☉, aqua.
ας. ὁ Αἴας, αντ☉, Ajax.
ὁ μέλας, αν☉, niger.
τὸ γῆρας, αος, ſenectus.
αις. ὁ, ἡ παῖς, αιδὸς, puer, puella.
ους. ἡ νοῦς, vel, νηῦς, αὸς. vel νὸς, navis.
ες. ὁ κτείς, ενὸς, pecten.
ἡ κλείς, ειδὸς, clavis.
ὰς. ὁ βασιλεύς, έ☉, rex.
ης. ἡ ἐσθὴς, ῆτ☉, veſtis.
ὁ Κλήμης, εντ☉, Clemens.
ις. ὁ, ἡ ὄρνις, ιθ☉, avis.
ος. τὸ πεπτυφὸς, ότ☉, quod verberavit.
ως. ὁ, ἡ βοῦς, οὸς, bos.
ὁ ὀδούς, όντ☉, dens.
τὸ οὖς, ὠτὸς, auris.
ὺς. ὁ μῦς, μυὸς, mus.
ἡ χλαμὺς, ύδ☉, chlamys.
ὼς. ὁ γέλως, ωτ☉, riſus.
ὁ Τρῶς, ὼὸς, Trojanus.
λε. ὁ ἅλς, λὸς, ſal.
ιτ. ἡ ἔλμινς, νθ☉, tinea.
ρς. ὁ ἡ μάκαρς, ρτος, beatus.
ψ. ὁ ὤψ, πὸς, vultus.
ὁ Ἄραψ, β☉, Arabs.

CONTRACTORUM.

Hæc oriuntur ex Quinta Simplicium. Appellantur autem Contracta, quia in illis duæ ſyllabæ contrahuntur in unam, vel Synæreſi, cum duæ vocales in unam ita coeunt, ut ambæ ſerventur, ut τείχεῖ, τείχει, vel Craſi, cum vel mutatur utraque vocalis; ut τείχεα, τείχη, vel altera tollitur: ut τειχέων, ῶν.

Declinatio Prima.

Tres continet terminationes, in ης maſculini, fœminini, & communis generis; ut ὁ Δημοσθένης, Demoſthenes, ἡ τριήρης, triremis: ὁ, ἡ ἀληθὴς, verus, vera: in ες, & ☉ neutrius: τὸ σαφὲς, manifeſtum, τὸ τεῖχ☉, murus.

Sing. Nom. ὁ Δημοσθένης, Gen. τοῦ Δημοσθένε☉, νους, Dat. τῷ Δημοσθένει, νι, Acc. τὸν Δημοσθένεα, νη, Voc. ὦ Δημόσθενες.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ Δημοσθένεε, νη, Gen. & Dat. τοῖν Δημοσθενέοιν, νοῖν.

Plural. Nom. οἱ Δημοσθένεες, νες, Gen. τῶν Δημοσθενέων, νῶν, Dat. τοῖς Δημοσθένεσι, Acc. τὰς Δημοσθένεας, νες, Voc. ὦ Δημοσθένεες, νες.

Sing. Nom. ἡ τριήρης, triremis, Gen. τῆς τριήρεος, ρος, Dat. τῇ τριήρεϊ, ρει, Acc. τὴν τριήρεα, ρη, Voc. ὦ τριήρες.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ τριήρεε, ρη, Gen. & Dat. ταῖν τριηρέοιν, ροῖν.

Plur. Nom. αἱ τριήρεες, ρες. Gen. τῶν τριηρέων, ρῶν, Dat. ταῖς τριήρεσι. Acc. τὰς τριήρεας, ρες, Voc. ὦ τριήρεες, ρες.

Sing. Nom. ὁ, ἡ ἀληθὴς, verus, vera. Gen. τοῦ, ἧς τοῦς ἀληθέος, θοῦς. Dat. τῷ, ἧ τῇ ἀληθεῖ, θεῖ, Acc. τὸν, ἣν τὴν ἀληθέα, θῆ, Voc. ὦ ἀληθὲς, vel ἀληθής.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, ἦ τὰ ἀληθέε, θῆ, Gen. & Dat. τοῖν, καὶ ταῖν ἀληθέοιν, θοῖν.

Plur. Nom. οἱ, ἧ αἱ ἀληθέες, θεῖς, Gen. τῶν ἀληθέων, θῶν, Dat. τοῖς, ἧ ταῖς ἀληθέσι, Acc. τὰς, καὶ τὰς ἀληθέας, θεῖς, Voc. ὦ ἀληθέες, θεῖς.

Sing. Nom. τὸ σαφὲς, manifestum, Gen. τοῦ σαφέος, φοῦς, Dat. τῷ σαφεῖ, φεῖ, Acc. τὸ σαφὲς, Voc. ὦ σαφὲς.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ σαφέε, φῆ, Gen. & Dat. τοῖν σαφέοιν, φοῖν.

Plur. Nom. τὰ σαφέα, φῆ, Gen. τῶν σαφέων, φῶν, Dat. τοῖς σαφέσι. Acc. τὰ σαφέα, φῆ. Voc. ὦ σαφέα, φῆ.

Sing. Nom. τὸ τεῖχος, murus, Gen. τοῦ τείχεος, χους, Dat. τῷ τείχεϊ, χει, Acc. τὸ τεῖχος, Voc. ὦ τεῖχος.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ τείχεε, χη, Gen. & Dat. τοῖν τειχέοιν, χοῖν.

Plur. Nom. τὰ τείχεα, χη, Gen. τῶν τειχέων, χῶν, Dat. τοῖς τείχεσι, Acc. τὰ τείχεα, χη, Voc. ὦ τείχεα, χη.

Regula.

Nomina propria hujus declinationis habent nonnunquam terminationem primæ Simplicium in quibusdam casibus, ut τὸν Ἀεισοφάνεϊν, οἱ Ἀεισοφάναι, τὰς Ἀεισοφάνας, & τὸν Σωκράτεϊν, ὦ Σωκράτη· unde latinum,

num, o Socrate. Item compoſita ab ἔτος, annus; ut ὁ ἑπταέτης, ſeptennis, τὸν ἑπταέτην.

Nomina, quæ deſinunt in ης purum, contrahuntur Attice in Accuſativo in α, ut ὁ, καὶ ἡ Δίφυης, ingenioſus, Accuſat. τὸν, καὶ τὴν Δίφυέα, Δίφυᾶ.

Declinatio Secunda.

Duas habet terminationes, ις, maſculini, & fœminini generis: ut ὁ ὄφις, ſerpens, ἡ λέξις, dictio: & ι neutrius, ut τὸ σίνηπι, ſinapi.

Sing. Nom. ὁ ὄφις, Gen. τοῦ ὄφιος, Dat. τῷ ὄφιϊ, ὄφι, Acc. τὸν ὄφιν, Voc. ὦ ὄφι.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ ὄφιε, φι. Gen. & Dat. τοῖν ὀφίοιν.

Plur. Nom. οἱ ὄφιες, ὄφις. Gen. τῶν ὀφίων, Dat. τοῖς ὄφισι, Acc. τοὺς ὀφιας, ὄφις, Voc. ὦ ὄφιες, ὄφις.

Sing. Nom. ἡ λέξις, dictio, Gen. τῆς λέξιος, Dat. τῇ λέξιϊ, λέξι, Acc. τὴν λέξιν, Voc. ὦ λέξι.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ λέξιε, ξι, Gen. & Dat. ταῖν λεξίοιν.

Plur. Nom. αἱ λέξιες, λέξις, Gen. τῶν λεξίων, Dat. ταῖς λέξισι, Acc. τὰς λεξιας, ξις, Voc. ὦ λέξιες, λέξις.

Sing. Nom. τὸ σίνηπι, Gen. τοῦ σινήπιος, Dat. τῷ σινήπιϊ, πι, Acc. τὸ σίνηπι, Voc. ὦ σίνηπι.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ σινήπιε, πι, Gen. & Dat. τοῖν σινηπίοιν.

Plural. Nom. τὰ σινήπια, σίνηπι, Gen. τῶν σινηπίων, Dat. τοῖς σινήπισι, Acc. τὰ σινήπια, πι, Voc. ὦ σινήπια, πι.

Regula.

Inflexio Attica multo uſitatior.

Caſus Attici accentum habent in antepenultima, quamvis ultima ſit longa.

Sing. Nom. ὁ ὄφις, Gen. τοῦ ὄφεως, Dat. τῷ ὄφεϊ, φει, Acc. τὸν ὄφιν, Voc. ὦ ὄφι.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ ὄφεε, φη, Gen. & Dat. τοῖν, ὀφέοιν, ὄφεων.

Plur. Nom. ὁ ὄφεες, φεις, Gen. τῶν ὄφεων, Dat. τοῖς ὄφεσι, Acc. τοὺς ὀφεας, φεις, Voc. ὦ ὄφεες, φεις.

Sing. Nom. ἡ λέξις, Gen. τῆς λέξεως, Dat. τῇ λέξει, ξῃ, Acc. τὴν λέξιν, Voc. ὦ λέξι.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὰ λέξεε, ξη, Gen. & Dat. ταῖν λεξέοιν λέξεων.

Plur. Nom. αἱ λέξεες, ξεις, Gen. τῶν λέξεων, Dat. ταῖς λέξεσι, Acc. τὰς λέξεας, ξεις, Voc. ὦ λέξεες, ξεις.

Sing. Nom. τὸ σύηπι, Gen. τοῦ συήπεως, Dat. τῷ συήπεϊ, νήπει, Acc. τὸ σύηπι, Voc. ὦ σύηπι.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ συήπεε, νήπη, Gen. & Dat. τοῖν συηπέοιν, νήπεων.

Plur. Nom. τὰ συήπεα, νήπη, Gen. τῶν συήπεων, Dat. τοῖς συήπεσι, Acc. τὰ συήπεα, νήπη, Voc. ὦ συήπεα, πυ.

Declinatio Tertia.

Unicam habet terminationem in ὰς, generis masculini tantum: ut ὁ βασιλὰς, rex.

Sing. Nom. ὁ βασιλὰς, Gen. τοῦ βασιλέος, Att. έως, Dat. τῷ βασιλεῖ, λῆ, Acc. τὸν βασιλέα, Voc. ὦ βασιλὰ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ βασιλέε, λῆ Gen. & Dat. τοῖν βασιλέοιν.

Plur. Nom. οἱ βασιλέες, λῆς, Gen. τῶν βασιλέων, Dat. τοῖς βασιλᾶσι, Acc. τὰς βασιλέας, λῆς, Voc. ὦ βασιλέες, λῆς.

Exceptio.

Genitivus in έως non contrahitur: contrahuntur tamen nomina, quæ ante έως vocalem, vel diphthongum habent: ut ὁ πειραιὰς, Piræus, τοῦ πειραιέως, πειραιῶς: ὁ στειριὰς, Stirieus, τοῦ στειριέως, στειριῶς, ὁ χοὰς, congius, τοῦ χοέως, χοῶς. Eadem accusativum contrahunt in ᾶ: τὸν πειραιᾶ, τὸν στειριᾶ, τὸν χοᾶ.

Declinatio Quarta.

Duas habet terminationes, in ω, & ως, generis tantum fœminini: ut ἡ λητὼ, Latona: ἡ αἰδὼς, verecundia.

Sing. Nom. ἡ λητὼ, Gen. τῆς λητόος, τοῦς, Dat. τῇ λητόϊ, τοῖ, Acc. τὴν λητόα, τὼ, Voc. ὦ λητοῖ.

Dual. Nom. Accus. Voc. τὰ λητὼ, Gen. & Dat. ταῖν λητοῖν.

Plur. Nom. αἱ λητοῖ, Gen. τῶν λητῶν, Dat. ταῖς λητοῖς, Acc. τὰς λητὼς, Voc. ὦ λητοῖ.

Sing. Nom. ἡ αἰδὼς, Gen. τῆς αἰδόος, αἰδοῦς, Dat. τῇ

τῇ αἰδόϊ, αἰδοῖ, Acc. τὴν αἰδόα, αἰδῶ, Voc. ὦ αἰδοῖ.

Dual. Nom. Accuſ. Voc. τὼ αἰδώ, Gen. & Dat. τοῖν αἰδοῖν.

Plur. Nom. αἱ αἰδοὶ, Gen. τῶν αἰδῶν, Dat. τοῖς αἰδοῖς, Acc. τὰς αἰδόας, Voc. ὦ αἰδοί.

Numerus ſingularis tantum in hac Declinatione contrahitur. Dualis, & pluralis ſequuntur formam tertiæ Declinationis ſimplicium.

Vocativus ſingularis ſimilis eſt Dativo, qui deſinit in οῖ.

Declinatio Quinta.

Duas complectitur terminationes, in ας purum, & ρας, generis neutrius tantum: ut τὸ κρέας, caro, τὸ κέρας, cornu. Ex inflexione communi, quæ eſt in ατος, Jonice eximitur τ; deinde Attice fit contractio, in genitivis quidem per ω, in reliquis autem caſibus per α.

Sing. Nom. τὸ κρέας, Gen. τοῦ κρέατος, κρέαος, κρέως, Dat. τῷ κρέατι, κρέαϊ, κρέᾳ, Acc. τὸ κρέας, Voc. ὦ κρέας.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ κρέατε, κρέαε, κρέα, Gen. & Dat. τοῖν κρεάτοιν, κρεάοιν, κρεῶν.

Plural. Nom. τὰ κρέατα, κρέαα, κρέα, Gen. τῶν κρεάτων, κρεάων, κρεῶν, Dat. τοῖς κρέασι, Acc. τὰ κρέατα, κρέαα, κρέας, Voc. ὦ κρέατα, κρέαα, κρέα.

Sing. Nom. τὸ κέρα, Gen. τοῦ κέρατος, κέραος, κέρως, Dat. τῷ κέρατι, κέραϊ, κέρᾳ, Acc. τὸ κέρας, Voc. ὦ κέρας.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ κέρατε, κέραε, κέρα, Gen. & Dat. τοῖν κεράτοιν, κεράοιν, κερῶν.

Plural. Nom. τὰ κέρατα, κέραα, κέρα. Gen. τῶν κεράτων, κεράων, κερῶν, Dat. τοῖς κέρασι, Acc. τὰ κέρατα, κέραα, κέρα, Voc. ὦ κέρατα, κέραα, κέρα.

Ad confirmandum uſum Nominum Contractorum.

Primæ.

ὁ σωσιγένης, *Soſigenes.*
ἡ, ἡ ἥ Δίσεβὴς, *pius, pia.*
ἡ δίκρης, *biremis.*
τὸ ἱππομανὲς, *Hippomanes.*
τὸ ἄλγος, *dolor.*
τὸ μέρος, *pars.*

Secundæ.

ὁ φίντας, *auriga.* ἡ γνῶσις, *cognitio.*
ὁ ἢ ἡ νῆστις, *jejunus.* ἡ ἀποκάλυψις, *revelatio.*
ἡ πόλις, *civitas.* τὸ νῆστι, *jejunium.*

Tertiæ.

ὁ γονεύς, *parens.* ὁ φονεύς, *homicida.*
ὁ τομεύς, *ſector.* ὁ ἀρχιερεύς, *Pontifex.*

Quartæ.

ἡ σαρδὼ, *Sardinia.* ἡ διδὼ, *Dido.*
ἡ κλωθὼ, *Clotho.* ἡ ἐρατὼ, *Erato.*
ἡ ἰὼ, *Io.* ἡ καλλιστὼ, *Calliſto.*

Quintæ.

τὸ ἀρτόκρεας, *Artocreas.* τὸ γῆρας, *ſenectus.*
τὸ γέρας, *præmium.* τὸ πέρας, *finis.*

De Adjectivis.

Nomina Adjectiva in tres claſſes diſtribuuntur. Alia habent tres articulos, & tres terminationes; alia tres articulos, & duas terminationes; alia tres articulos, & unam terminationem.

Adjectiva trium Articulorum, & trium terminationum.

Habent maſculinum in { os, ας, ης, υς } fœminium in { η, α, εσσα, ια } neutrum in { ον, αν, εν, υ }

Maſculin. & neuter. 2. Simplic. fœmin. eſt 2.

Sing. Nom. ὁ καλὸς, pulcher, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, Gen. τοῦ καλοῦ, τῆς καλῆς, τοῦ καλοῦ, Dat. τῷ καλῷ, τῇ καλῇ, τῷ καλῷ, Acc. τὸν καλὸν, τὴν καλὴν, τὸ καλὸν, Voc. ὦ καλὲ, καλὴ, καλόν.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ καλὼ, τὰ καλὰ, τὼ καλὼ, Genit. & Dat. τοῖν, καλοῖν ταῖν καλαῖν, τοῖν καλοῖν.

Plur. Nom. οἱ καλοὶ, αἱ καλαὶ, τὰ καλὰ, Gen. τῶν καλῶν, Dat. τοῖς καλοῖς ταῖς, καλαῖς, τοῖς καλοῖς, Acc. τοὺς καλοὺς, τὰς καλὰς, τὰ καλὰ, Voc. ὦ καλοὶ, καλαὶ, καλά.

Maſculin. & neutr. 3. Simplic. fœminin. 2.

Sing. Nom. ὁ πᾶς, omnis, ἡ πᾶσα, τὸ πᾶν, Gen. τοῦ παντὸς, τῆς πάσης, τοῦ παντὸς, Dat. τῷ παντὶ, τῇ πάσῃ, τῷ παντὶ, Acc. τὸν πάντα, τὴν πᾶσαν, τὸ πᾶν, Voc. ὦ πᾶς, πᾶσα, πᾶν.

Dual

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ πάντε, τὰ πάσα, τὼ πάντε, Gen. & Dat. τοῖν παντοῖν, ταῖν πάσαιν, τοῖν παντοῖν.

Plur. Nom. οἱ πάντες, αἱ πᾶσαι, τὰ πάντα, Gen. τῶν πάντων, τῶν πασῶν, τῶν πάντων, Dat. τοῖς πᾶσι, ταῖς πάσαις, τοῖς πᾶσι. Acc. τὺς πάντας, τὰς πάσας, τὰ πάντα, Voc. ὦ πάντες, πᾶσαι, πάντα.

Masculin. & neutr. 3. Simplic. fœminin. 2.

Sing. Nom. ὁ χαρίεις, gratiosus, ἡ χαρίεσσα, τὸ χαρίεν, Gen. τοῦ χαρίεντος, τῆς χαριέσσης, τοῦ χαρίεντος, Dat. τῷ χαρίεντι, τῇ χαριέσσῃ, τῷ χαρίεντι, Acc. τὸν χαρίεντα, τὴν χαρίεσσαν, τὸ χαρίεν, Voc. ὦ χαρίεν, & χαρίεις, χαρίεσσα, χαρίεν.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ χαρίεντε, τὰ χαρίεσσα, τὼ χαρίεντε, Gen. & Dat. τοῖν χαριέντοιν, ταῖν χαριέσσαιν, τοῖν χαριέντοιν.

Plur. Nom. οἱ χαρίεντες, αἱ χαρίεσσαι, τὰ χαρίεντα, Gen. τῶν χαριέντων, τῶν χαριεσσῶν, τῶν χαριέντων, Dat. τοῖς χαρίεσι, ταῖς χαριέσσαις, τοῖς χαρίεσι, Acc. τὺς χαρίεντας, τὰς χαριέσσας, τὰ χαρίεντα, Voc. ὦ χαρίεντες, χαρίεσσαι, χαρίεντα.

Masculin. & neutr. 3. Simplic. fœmin. est 2.

Sing. Nom. ὁ ὀξὺς, acutus, ἡ ὀξεῖα, τὸ ὀξὺ, Gen. τοῦ ὀξέος, τῆς ὀξείας, τοῦ ὀξέος, Dat. τῷ ὀξεῖ, τῇ ὀξείᾳ, τῷ ὀξεῖ, Acc. τὸν ὀξὺν, τὴν ὀξεῖαν, τὸ ὀξὺ, Voc. ὦ ὀξὺ, ὀξεῖα, ὀξύ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ ὀξέε, τὰ ὀξεῖα, τὼ ὀξέε, Gen. & Dat. τοῖν ὀξέοιν, ταῖν ὀξείαιν, τοῖν ὀξέοιν.

Plur. Nom. οἱ ὀξέες, αἱ ὀξεῖαι, τὰ ὀξέα, Gen. τῶν ὀξέων, τῶν ὀξειῶν, τῶν ὀξέων, Dat. τοῖς ὀξέσι, ταῖς ὀξείαις, τοῖς ὀξέσι, Acc. τὺς ὀξέας, τὰς ὀξείας, τὰ ὀξέα, Voc. ὦ ὀξέες, ὀξεῖαι, ὀξέα.

Exceptiones.

Adjectiva in ος purum, & ρος, formant fœmininum per α: ut, ὁ ἅγιος, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον, ſanctus: ὁ ἀνθηρὸς, ἡ ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρὸν, floridus, præter ὁ ὄγδοος, ἡ ὀγδόη, τὸ ὄγδοον, octavus: ὁ ἁπλόος, ἡ ἁπλόη, τὸ ἁπλόον, ſimplex; & quæ huic affinia ſunt, διπλόος, duplex, τριπλόος, triplus, τετραπλόος, quadruplus, &c. Quorundam neutra ſunt in ο, ut ὁ ἄλλος, ἡ ἄλλη, τὸ ἄλλο, alius; ὁ τηλικοῦτος, ἡ τηλικαύτη, τὸ τηλικοῦτο, tantus; ὁ τοσοῦτος, ἡ τοσαύτη, τὸ τοσοῦτο, tam magnus, vel

tam

tam multus; ποιῦτος, ἡ ποιαύτη, τὸ ποιοῦτο, talis: & tria pronomina, ὅτος, αὕτη, τοῦτο, hic: αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ, ipſe: ἐκεῖνος, ἐκείνη, ἐκεῖνο, ille: quanquam paſſim etiam neutra ſunt πλικοῦτον, τοσοῦτον, ποιοῦτον, ταυτὸν, pro τὸ αὐτὸ, τουτὶ pro τοῦτο. Reperitur & ſimplex αὐτὸν pro αὐτό.

Adjectivum ὁ μέγας, *magnus*, variat alicubi.

Maſculin. & neutr. 3. Simplic. fœmin. 2.

Sing. Nom. ὁ μέγας, ἡ μεγάλη, τὸ μέγα, Gen. τοῦ μεγάλου, τῆς μεγάλης, τοῦ μεγάλου, Dat. τῷ μεγάλῳ, τῇ μεγάλῃ, τῷ μεγάλῳ, Acc. τὸν μέγαν, τὴν μεγάλην, τὸ μέγα, Voc. ὦ μέγας, μεγάλη, μέγα.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ μεγάλω, τὰ μεγάλα, τὼ μεγάλω, Gen. & Dat. τοῖν μεγάλοιν, ταῖν μεγάλαιν, τοῖν μεγάλοιν.

Plur. Nom. οἱ μεγάλοι, αἱ μεγάλαι, τὰ μεγάλα, Gen. τῶν μεγάλων, τῶν μεγαλῶν, τῶν μεγάλων, Dat. τοῖς μεγάλοις, ταῖς μεγάλαις, τοῖς μεγάλοις, Acc. τοὺς μεγάλους, τὰς μεγάλας, τὰ μεγάλα, Voc. ὦ μεγάλοι, μεγάλαι, μεγάλα.

Participia paſſiva, & activa in ας, habent fœmininum in ασα, neutrum in αν: ὁ τυφθεὶς, ἡ τυφθεῖσα, τὸ τυφθὲν, verberatus; ὁ θεὶς, ἡ θεῖσα, τὸ θὲν, ponens.

Adjectivum πολὺς, *multus*, in quibuſdam caſibus peculiarem habet inflexionem.

Maſculin. & neutr. 3. Simplic. fœminin. 2.

Sing. Nom. ὁ πολὺς, ἡ πολλὴ, τὸ πολὺ, Gen. τοῦ πολλοῦ, τῆς πολλῆς, τοῦ πολλοῦ, Dat. τῷ πολλῷ, τῇ πολλῇ, τῷ πολλῷ, Acc. τὸν πολλὸν, τὴν πολλὴν, τὸ πολὺ, Voc. ὦ πολὺ, πολλὴ, πολύ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ πολλὼ, τὰ πολλὰ, τὼ πολλὼ, Gen. & Dat. τοῖν πολλοῖν, ταῖν πολλαῖν, τοῖν πολλοῖν.

Plural. Nom. οἱ πολλοὶ, αἱ πολλαὶ, τὰ πολλὰ, Gen. τῶν πολλῶν, Dat. τοῖς πολλοῖς, ταῖς πολλαῖς, τοῖς πολλοῖς, Acc. τοὺς πολλοὺς, τὰς πολλὰς, τὰ πολλὰ, Voc. ὦ πολλοὶ, πολλαὶ, πολλά.

Exempla Adjectivorum

Primæ Claſſis.

ἀγαθὸς, ἡ ἀγαθὴ, τὸ ἀγαθὸν, *bonus, na, num.*

ὁ καλὸς

ὁ καινὸς, ἡ καινὴ, τὸ καινὸν, *novus, va, vum.*
ὁ κοῖλος, ἡ κοίλη, τὸ κοῖλον, *cavus, va, vum.*
ὁ ἕκαστος, ἡ ἑκάστη, τὸ ἕκαστον, *quisque, quæque, quodque.*
ὁ μέλας, ἡ μέλαινα, τὸ μέλαν, *niger, gra, grum.*
ὁ σύμπας, ἡ σύμπασα, τὸ σύμπαν, *universus, sa, sum.*
ὁ τύψας, ἡ τύψασα, τὸ τύψαν, *qui, quæ, quod verberavit,*
ὁ τιμίης, ἡ τιμίεσσα, τὸ τιμῆεν, *honestus, a, um.*
ὁ φοινικόεις, ἡ φοινικόεσσα, τὸ φοινικόεν, *puniceus, a, um.*
ὁ γραφθεὶς, ἡ γραφθεῖσα, τὸ γραφθὲν, *scriptus, a, um.*
ὁ εἷς, ἡ μία, τὸ ἕν, *qui, quæ, quod misit.*
ὁ βαθὺς, ἡ βαθεῖα, τὸ βαθὺ, *profundus, a, um.*
ὁ ἡδὺς, ἡ ἡδεῖα, τὸ ἡδὺ, *suavis, ve.*
ὁ ἐλαχὺς, ἡ ἐλαχεῖα, τὸ ἐλαχὺ, *parvus, a, um.*
ὁ ἥμισυς, ἡ ἡμίσεια, τὸ ἥμισυ, *dimidius, a, um.*
ὁ δημόσιος, ἡ δημοσία, τὸ δημόσιον, *publicus, a, um.*
ὁ ἄξιος, ἡ ἀξία, τὸ ἄξιον, *dignus, a, um.*
ὁ ἀρχαῖος, ἡ ἀρχαία, τὸ ἀρχαῖον, *antiquus, a, um.*
ὁ ὅμοιος, ἡ ὁμοία, τὸ ὅμοιον, *similis, le.*
ὁ ἱερὸς, ἡ ἱερὰ, τὸ ἱερὸν, *sacer, cra, crum.*
ὁ φοβερὸς, ἡ φοβερὰ, τὸ φοβερὸν, *formidabilis, le.*
ὁ πίειρος, ἡ πίειρα, τὸ πίειρον, *pinguis, e.*
ὁ ἕτερος, ἡ ἑτέρα, τὸ ἕτερον, *alter, ra, rum.*

Adjectiva trium Articulorum, & duarum terminationum.

Habent masculinum, & fœmininum in	ος	neutrum in	ον
	ως		ων
	ας		αν
	ις		ι
	ως		ον
	υς		υ
	ας		αν
	ων		ον
	ωρ		ορ
	ης		ες

Sing.

Maſculin. & ntutr. 3. Simpli. fœminin. 2. Singul. Nom. ὁ, ἡ ἔνδοξος, τὸ ἔνδοξον, glorioſus, Gen. τοῦ, τῆς, τοῦ ἐνδόξου, Dat. τῷ, τῇ, τῷ ἐνδόξῳ, Acc. τὸν, τὴν, τὸ ἔνδοξον, Voc. ὦ ἔνδοξε, ὦ ἔνδοξον.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, τὰ, τὼ ἐνδόξω, Gen. & Dat. τοῖν, ταῖν, τοῖν ἐνδόξοιν.

Plur. Nom. οἱ αἱ ἔνδοξοι, τὰ ἔνδοξα, Gen. τῶν ἐνδόξων, Dat. τοῖς, ταῖς, τοῖς ἐνδόξοις, Acc. τοὺς, τὰς ἐνδόξους, τὰ ἔνδοξα, Voc. ὦ ἔνδοξοι, ὦ ἔνδοξα.

4. Simplicium. Sing. Nom. ὁ, καὶ ἡ κατάπλεως, καὶ τὸ κατάπλεων, expletus, a, um, Gen. τοῦ, τῆς, τοῦ κατάπλεω, Dat. τῷ, τῇ, τῷ κατάπλεῳ, Acc. τὸν, τὴν, τὸ κατάπλεων, Voc. ὦ κατάπλεως, ὦ κατάπλεων.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ κατάπλεω, Gen. & Dac. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν κατάπλεων.

Plural. Nom. οἱ, καὶ αἱ κατάπλεῳ, τὰ κατάπλεω, Gen. τῶν κατάπλεων, Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, τοῖς κατάπλεως, Acc. τοὺς, τὰς κατάπλεως, τὰ κατάπλεω, Voc. ὦ κατάπλεῳ, ὦ κατάπλεω.

5. Simplicium. Sing. Nom. ὁ, ἡ ἀείναος, τὸ ἀείναον, perpetuo fluens, Gen. τοῦ, τῆς, τοῦ ἀείναντος, Dat. τῷ, τῇ, τῷ ἀείναντι, Acc. τὸν, τὴν ἀείναντα, τὸ ἀείναον, Voc. ὦ ἀείναον.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, τὰ, τὼ ἀείναντε, Gen. & Dat. τοῖν, ταῖν, τοῖν ἀειναέντοιν.

Plural. Nom. οἱ, αἱ ἀείναντες, τὰ ἀείναντα, Gen. τῶν ἀειναέντων, Dat. τοῖς, ταῖς, τοῖς ἀείνασι, Acc. τοὺς, τὰς ἀείναντας, τὰ ἀείναντα, Voc. ὦ ἀείναντες, καὶ ὦ ἀείναντα.

6. Simplicium. Sing, Nom. ὁ, ἡ τὰς, τὸ τι, aliquis, Gen. τοῦ, τῆς, τοῦ τινὸς, Dat. τῷ, τῇ καὶ τῷ τινὶ, Acc. τὸν, καὶ τὴν τινὰ, καὶ τὸ τι, Vocativo caret, ſicut carent omnia Indefinita.

Dual. Nom. Acc. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ τινὲ, Gen. & Dat. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν τινοῖν.

Plural. Nom. οἱ, καὶ αἱ τινὲς, καὶ τὰ τινὰ, Gen. τῶν τινῶν, Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς τισὶ, Acc. τοὺς, καὶ τὰς τινὰς, καὶ τὰ τινά. Sic Interrogativum τίς, τίνος, quis, quæ, quod?

Sing.

s. Simplicium. Sing. Nom. ὁ, καὶ ἡ ἄδακρυς, καὶ τὸ ἄδακρυ, non lacrymans, Gen. τοῦ, καὶ τῆς, καὶ τοῦ ἀδάκρυος, Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ ἀδάκρυϊ. Acc. τὸν, καὶ τὴν ἄδακρυν, καὶ τὸ ἄδακρυ, Voc. ὦ ἄδακρυ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ ἀδάκρυε, Gen. & Dat. τοῖν, καὶ τοῖν, καὶ τοῖν ἀδακρύοιν.

Plural. Nom. οἱ, καὶ αἱ ἀδάκρυες, καὶ τὰ ἀδάκρυα, Gen. τῶν ἀδακρύων, Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς ἀδάκρυσι, Acc. τοὺς, καὶ τὰς ἀδάκρυας, καὶ τὰ ἀδάκρυα, Voc. ὦ ἀδάκρυες, καὶ ὦ ἀδάκρυα.

s. Simplicium. Sing. Nom. ὁ, καὶ ἡ τετράπους, καὶ τὸ τετράπουν, quadrupes, Gen. τοῦ, καὶ τῆς, καὶ τοῦ τετράποδος, Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ τετράποδι, Acc. τὸν, καὶ τὴν τετράποδα, καὶ τὸ τετράπουν, Voc. ὦ τετράπους, vel τετράπου, καὶ ὦ τετράπουν.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ τετράποδε, Gen. & Dat. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν τετραπόδοιν.

Plural. Nom. οἱ, καὶ αἱ τετράποδες, καὶ τὰ τετράποδα, Gen. τῶν τετραπόδων, Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς τετράποσι, Acc. τοὺς, καὶ τὰς τετράποδας, καὶ τὰ τετράποδα, Voc. ὦ τετράποδες, καὶ ὦ τετράποδα.

s. Simplicium. Sing. Nom. ὁ, καὶ ἡ σώφρων, καὶ τὸ σῶφρον, moderatus, Gen. τοῦ, καὶ τῆς, καὶ τοῦ σώφρονος, Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ σώφρονι, Acc. τὸν, καὶ τὴν σώφρονα, καὶ τὸ σῶφρον, Voc. ὦ σῶφρον.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ σώφρονε, Gen. & Dat. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν σωφρόνοιν.

Plur. Nom. οἱ, καὶ αἱ σώφρονες, καὶ τὰ σώφρονα, Gen. τῶν σωφρόνων, Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς σώφροσι, Acc. τοὺς, καὶ τὰς σώφρονας, καὶ τὰ σώφρονα, Voc. ὦ σώφρονες, καὶ ὦ σώφρονα.

s. Simplicium. Sing. Nom. ὁ, καὶ ἡ μεγαλήπωρ, καὶ τὸ μεγαλῆπορ, magnanimus, Gen. τοῦ, καὶ τῆς, καὶ τοῦ μεγαλήπορος, Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ μεγαλήποῤι, Acc. τὸν, καὶ τὴν μεγαλήπορα, καὶ τὸ μεγαλῆπορ, Voc. ὦ μεγαλῆπορ.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ μεγαλήπορε, Gen. & Dat. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν μεγαλητόροιν.

Plur. Nom. οἱ, καὶ αἱ μεγαλήπορες, καὶ τὰ μεγαλήπορα,

Gen.

Gen. τῶν μεγαλητόρων, Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς μεγαλήτορσι, Acc. τοὺς, καὶ τὰς μεγαλήτορας, καὶ τὰ μεγαλήτορα, Voc. ὦ μεγαλήτορες, καὶ ὦ μεγαλήτορα.

1. *Contractorum.* Sing. Nom. ὁ, καὶ ἡ νημερτὴς, καὶ τὸ νημερτὲς, verus. Gen. τοῦ, καὶ τῆς, καὶ τοῦ νημερτέος, τοῦς, Dat. τῷ, καὶ τῇ, καὶ τῷ νημερτεῖ, τεῖ, Acc. τὸν, καὶ τὴν νημερτέα, τῆ, καὶ τὸ νημερτὲς, Voc. ὦ νημερτὲς.

Dual. Nom. Acc. Voc. τὼ, καὶ τὰ, καὶ τὼ νημερτέε, τῶ, Gen. & Dat. τοῖν, καὶ ταῖν, καὶ τοῖν νημερτέοιν, τοῖν.

Plur. Nom. οἱ, καὶ αἱ νημερτέες, τεῖς, καὶ τὰ νημερτέα, τᾶ, Gen. τῶν νημερτέων, ὧν, Dat. τοῖς, καὶ ταῖς, καὶ τοῖς νημερτέσι, Acc. τοὺς, καὶ τὰς νημερτέας, τεῖς, καὶ τὰ νημερτέα, τᾶ, Voc. ὦ νημερτέες, τεῖς, καὶ ὦ νημερτέα, τᾶ.

Exempla Adjectivorum.

Secundæ Classis.

ὁ, καὶ ἡ αἰμύλος, καὶ τὸ αἰμύλον, *blandus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ αἴσιος, καὶ τὸ αἴσιον, *faustus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ ἵλεως, καὶ τὸ ἵλεων, *propitius, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ λειπόκρεως, καὶ τὸ λειπόκρεων, *macilentus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ πολύτλας, καὶ τὸ πολύτλαν, *multa passus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ πολυδειρὰς, καὶ τὸ πολυδειρὰν, *cacuminosus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ εὔπλοκαμὶς, καὶ τὸ εὔπλοκαμὶ, *pulchre cincinnatus.*
ὁ, καὶ ἡ ἄχαρις, καὶ τὸ ἄχαρι, *injucundus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ ἄνις, καὶ τὸ ἄνι, *orbus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ ἄρσίων, καὶ τὸ ἄρσεν, *mas, & fortis, te.*
ὁ, καὶ ἡ πολύῤῥὶν, καὶ τὸ πολύῤῥεν, *multos agnos habens.*
ὁ, καὶ ἡ φιλόδακρυς, καὶ τὸ φιλόδακρυ, *lacrymarum amans.*
ὁ, καὶ ἡ ἔνδακρυς, καὶ τὸ ἔνδακρυ, *cui lacrymæ oboriuntur.*
ὁ, καὶ ἡ οἰδίπους, καὶ τὸ οἰδίπουν, *tumidos pedes habens.*
ὁ, καὶ ἡ πλατύπους, καὶ τὸ πλατύπουν, *latos pedes habens.*
ὁ, καὶ ἡ πολυπήμων, καὶ τὸ πολύπημον, *damna multa inferens.*
ὁ, καὶ ἡ ἀχήμων, καὶ τὸ ἄχημον, *indecorus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ παντοκράτωρ, καὶ τὸ παντόκρατορ, *omnipotens.*
ὁ καὶ ἡ δυσήπωρ, καὶ τὸ δύσηπορ, *tristis, te.*
ὁ, καὶ ἡ ἀσφαλὴς, καὶ τὸ ἀσφαλὲς, *tutus, a, um.*
ὁ, καὶ ἡ λυσιτελὴς, καὶ τὸ λυσιτελὲς, *utilis, le.*

Adje-

Adjectiva trium articulorum, & unius terminationis.

definunt in	ιν	τριγλώχιν	τριγλώχινος, tricuſpis.
	ξ	ἅρπαξ	ἅρπαγος, rapax.
	ρ 5. ſimpl. ut ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ	μάκαρ	Gen. μάκαρος, felix.
		τῦ, καὶ τῆς, καὶ τῦ	
	ς	λευκόκρας	λευκόκρατος, albi capitis.
	αρς	μάκαρς	μάκαρτος, felix.
	⊥	αἴθωψ⊥	αἴθοπος, ſubfuſcus.

Exempla Adjectivorum.

Tertiæ Claſſis.

Simul obſervandæ proponuntur quorundam variæ terminationes in Nominativo, & Genitivo.

ὁ καὶ ἡ, καὶ τὸ καλλίκτιν, *pulchros habens radios.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ δριμύν, *ſagax.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ καμπυλόῤῥιν, *aduncum habens naſum.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ πλατύῤῥιν, *nares latas habens.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ παλλαξ, κὸς, *pavidus.*
ὁ, καὶ, ἡ, καὶ τὸ χειρώναξ, κτος, *qui manibus operatur.*
ὁ, καὶ, ἡ, καὶ τὸ αἰνοπλὴξ, ῆγος, *graviter feriens.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ αἰολοθώρηξ, ηκος, *varium habens thoracem.*
ὁ, καὶ ἡ καὶ τὸ κυναλώπηξ, ηκος, *cane, & vulpe natus.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ πτώξ, κὸς, *timidus.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ ἀπορῥώξ, γος, *abruptus.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ σύζυξ, γος, *conjunctus.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ μιξόθηρ, ηρος, *ſemiferus.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ ἐπιμαρτυρ, υρος, *teſtis.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ πολυδειρὰς, άδος, *cacuminoſus.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ φιλόπαις, αιδος, *puerorum amans.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ μυριόναυς, αως, *permultis navibus inſtructus.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ πολύαρς, αρνος, *multos agnos poſſidens.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ αἰγίλιψ, πος, *relictus a capris.*
ὁ, καὶ ἡ, καὶ τὸ γλαυκῶψ, ῶπος, *cæſios habens oculos.*

De

De Adjectivis Numeralibus.

Quædam ſunt Cardinalia, quædam Ordinalia.

CARDINALIA

Numerum abſolute ſignificant.

εἷς, unus.

Sing. { Maſc. Nom. *εἷς*, Gen. *ἑνὸς*, Dat. *ἑνὶ*, Acc. *ἕνα*.
Fœm. Nom. *μία*, Gen. *μιᾶς*, Dat. *μιᾷ*, Acc. *μίαν*.
Neut. Nom. *ἕν*, Gen. *ἑνὸς*, Dat. *ἑνὶ*, Acc. *ἕν*.

Caret Duali, & Plurali. Eodem modo declinantur compoſita: *οὐδεὶς*, *οὐδεμία*, *οὐδὲν*: *μηδεὶς*, *μηδεμία*, *μηδὲν*, nullus, nulla, nullum.

δύο, duo.

Dual. { N. A. *δύο*, & Attice *δύω*, G. & D. *δυοῖν*, & Attice in fœminino *δυεῖν*.

Obſervatur tamen, *δύο* eſſe omnium caſuum, & omnium generum. Inveniuntur & *δυῶν*, & *δυσὶ*, in Plurali.

τρεῖς, tres.

Plural. *οἱ*, *καὶ αἱ τρεῖς*, *καὶ τὰ τρία*, Gen. *τῶν τριῶν*, Dat. *τοῖς τρισὶ*, Acc. *τοὺς*, *καὶ τὰς τρεῖς*, *καὶ τὰ τρία*.

τέσσαρες, quatuor.

Plur. *οἱ*, *καὶ αἱ τέσσαρες*, *καὶ τὰ τέσσαρα*, Gen. *τῶν τεσσάρων*, Dat. *τοῖς τέσσαρσι*, Acc. *τοὺς*, *καὶ τὰς τέσσαρας*, *καὶ τὰ τέσσαρα*.

A quatuor uſque ad centum ſunt indeclinabilia, *πέντε*, quinque, *ἕξ*, *ἑπτὰ*, *ὀκτὼ*, *ἐννέα*, *δέκα*, decem, *ἕνδεκα*, *δώδεκα*, *δεκατρεῖς*, *δεκατέσσαρες*, *δεκαπέντε*, *δεκαἕξ*, *δεκαεπτὰ*, *δεκαοκτὼ*, *δεκαεννέα*, *εἴκοσι*, viginti: *εἰκοσιεῖς*, *εἰκοσιδύο*, &c. *τριάκοντα*, *τεσσαράκοντα*, *πεντήκοντα*, *ἑξήκοντα*, *ἑβδομήκοντα*, *ὀγδοήκοντα*, *ἐνενήκοντα*, *ἑκατὸν*, centum: hinc jam declinantur, *οἱ διακόσιοι*, *αἱ διακόσιαι*, *τὰ διακόσια*, ducenti, tæ, ta; *τριακόσιοι*, *τετρακόσιοι*, *πεντακόσιοι*, *ἑξακόσιοι*, *ἑπτακόσιοι*, *ὀκτακόσιοι*, *ἐννεακόσιοι*, *χίλιοι*, mille: *διχίλιοι*, *τριχίλιοι*, *τετραχίλιοι*, *πενταχιλίοι*, *ἑξακιχίλιοι*, *ἑπτακιχίλιοι*, *ὀγδοακιχί-*

χιχίλιοι, ἐννεακιχίλιοι, μύριοι, decies mille: δισμύριοι, τρισμύριοι: & ita in reliquis:

ORDINALIA

Numerum significant in ordine.

Πρῶτος, primus: δεύτερος, τρίτος, τέταρτος πέμπτος, ἕκτος, ἕβδομος, ὄγδοος, ἔνατος, δέκατος, decimus: ἑνδέκατος, δυοκαιδέκατος, τρισκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς, vicesimus: εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐνενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, centesimus: διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς, millesimus: δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς, decies millesimus: δισμυριοστὸς: & sic deinceps.

De Nominibus Derivativis.

Derivativorum Nominum species sunt præsertim Comparativum, Superlativum, Patronymicum, Diminutivum, Possessivum, Verbale.

De Comparativis, & Superlativis.

Formantur a Positivis: Comparativa masculina in τερος, fœminina in τέρα, neutra in τερον: Superlativa masculina in τατος, fœminina in τάτη, neutra in τατον: ita ut masculina, & neutra sint tertiæ Simplicium, fœminina secundæ.

Positivum. Comparativum. Superlativum.

ὁ λευκὸς,	ὁ λευκότερος,	ὁ λευκότατος,
ἡ λευκὴ,	ἡ λευκοτέρα,	ἡ λευκοτάτη.
τὸ λευκὸν,	τὸ λευκότερον,	τὸ λευκότατον.

candidus, a, um, candidior, ius, candidissimus, a, um.

Quoniam vero in formandis Comparativis aut litera tollitur, aut vocalis permutatur pro terminationibus Positivorum; exempla sequentia, in singulis terminationibus collocata, planius docebunt, quam præcepta.

Poſitiva. Comparativa. Superlativa.

in	in	in
ος	(ότερος	(ότατος
	(ώτερος	(ώτατος
ων	ονέστερος	ονέστατος
αρ	άρτερος	άρτατος
ας	άντερος	άνταστος
ις	ίστερος	ίστατος
εις		
ην	έστερος	έστατος
ης		
ως	ώστερος	ώστατος
υς	ύτερος	ύτατος

Poſitivum. Comparativum. Superlativum.

ος	(πρᾶος,	πραότερος,	πραότατος, *mitis.*
	(σοφὸς,	σοφώτερος,	σοφώτατος, *ſapiens.*
ων	σώφρων,	σωφρονέστερος,	σωφρονέστατος, *modeſtus.*
αρ	μάκαρ,	μακάρτερος,	μακάρτατος, *felix.*
ας	μέλας,	μελάντερος,	μελάνταστος, *niger.*
ις	χαρίεις,	χαριέστερος,	χαριέστατος, *gratioſus.*
ην	τέρην,	τερενέστερος,	τερενέστατος, *tener.*
ης	ὅσιος,	ὁσιέστερος,	ὁσιέστατος, *pius.*
ις	γάστρις,	γαστρίστερος,	γαστρίστατος, *guloſus.*
ως	ἁπλῶς,	ἁπλώστερος,	ἁπλώστατος, *ſimplex.*
υς	εὐρὺς,	εὐρύτερος,	εὐρύτατος, *latus.*

Obſervatio.

Poſitiva in ος, quæ habent penultimam brevem, mutant in Comparativo, & Superlativo ο in ω: ut φρόνιμος, φρονιμώτερος, φρονιμώτατος, prudens. σοφὸς, σοφωτέρος, σοφώτατος. Excipe tamen κενὸς, κενότερος, κενότατος, vacuus: στενὸς, στενότερος, στενότατος, anguſtus. Reperiuntur tamen κενώτερος, & στενώτερος: ἰσότερος, & ἰσώτερος.

Com-

Comparatio Irregularis.

	Compar.	*Superlat.*	
ἀγαθὸς bonus	ἀμείνων, ἀρείων, κρείττων, λωίων	melior,	ἄριστος, κράτιστος, λῷστος optimus.
κακὸς malus.	κακώτερος, κακίων, χείρων, χερείων poet.	pejor,	κάκιστος, χείριστος pessimus.
μέγας magnus	μείζων, μέσσων	major,	μέγιστος maximus.
μικρὸς parvus	μικρότερος, μείων, ἧττων, ἥσσων, ἐλάττων ἐλάσσων	minor	μικρότατος, ἥκιστος minimus. ἐλάχιστος.
καλὸς,	καλλίων,	κάλλιστος,	pulcher.
αἰσχρὸς,	αἰσχίων,	αἴσχιστος,	turpis.
ἐχθρὸς,	ἐχθίων,	ἔχθιστος;	inimicus.
ῥᾴδιος,	ῥᾴων,	ῥᾷστος,	facilis.
πολὺς,	πλείων,	πλεῖστος,	multus.

Quædam in ος, abjiciunt ο, vel ω, in Comparativo, & Superlativo.

φίλος, φίλτερος,		φίλτατος, φίλιστος,	amicus.
γεραιὸς, γεραίτερος,		γεραίτατος,	senex.

Ita παλαιὸς, *antiquus*, σχολαῖος, *otiosus*, θερεῖος, *æstivus*, παλαίτερος, παλαίτατος: σχολαίτερος, σχολαίτατος: θερείτερος, θερείτατος, &c.

Attici formant multa a Positivis in ος per ἕστερος, ἕστατος. αίτερος, αίτατος. ίστερος, ίστατος.

ἀκρατ⊙, ἀκρατέστερ⊙, ἀκρατέστατ⊙, incontinens.
ἥσυχ⊙, ἡσυχαίτερ⊙, ἡσυχαίτατ⊙, quietus.
ὀλίγ⊙, ὀλιγίστερ⊙, ὀλιγίστατ⊙, & ὀλίγιστ⊙, parvus.

Sunt hujuſmodi αἰδοῖ⊙, αἰδοιέστερ⊙, αἰδοιέστατ⊙, *venerabilis:* ἄμορφος, ἀμορφέστερος, ἀμορφέστατος, *deformis:* ἄσμενος, ἀσμενέστερος, ἀσμενέστατος, *lubens:* σπουδαῖος, σπουδαιέστερος, σπουδαιέστατος, *ſtudioſus:* ἴδιος, ἰδιαίτερος, ἰδιαίτατος, *peculiaris:* μέσος, μεσαίτερος, μεσαίτατος, *medius:* ἴσος, ἰσαίτερος, ἰσαίτατος, *æqualis:* πλήσιος, πλησιαίτερος, πλησιαίτατος, *vicinus:* λάλος, λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax:* λάγνος, λαγνίστερος, λαγνίστατος, *ſalax.*

Eamdem formam ſequuntur orta a Poſitivis aliarum terminationum.

Compoſita *circum* ſignificat, ut περιπατέω, obambulo. Item *excellentiam*, ut περικαλλὴς, admodum venuſtus; περιγίνομαι, præſto. Item *de*, ut περιαυτολογία, de ſe ipſo prædicatio.

11. Ὑπὲρ cum Genitivo, *pro*, ut πρέσβευε ὑπὲρ ὑμῶν, ora pro nobis ; ὑπὲρ αὐτοῦ δέδοικα, pro ipſo timeo,

meo, i. e. ejus cauſa; ὑπὲρ τῦ τυχεῖν δόξης, pro obtinenda gloria, gloriæ conſequendæ gratia; ὑπὲρ τῦ μὴ γενέσθαι τυραννίδα, pro eo, i. e. in eum finem, ut ne tyrannus fieret; ὑπὲρ τῦ θεῦ, pro Deo, i. e. Dei vice; *de*, ut ὑπὲρ ὄνυ σκιᾶς, de umbra aſini: *ſuper*, ut ὑπὲρ κήπων ὄρος κεῖται, ſuper hortos mons eſt.

Cum Accuſativo *ſupra*, ut ὑπὲρ ἄνθρωπον φρονεῖ, ſupra hominem ſapit; ὑπὲρ τὰ ἑκατὸν ἔτη βιῦν, ſupra centum annos vivere: *præter*, ut ὑπὲρ μοῖραν, præter fatum: & *intermiſſionem*, ut ὑπὲρ μίαν, ſive ὑπὲρ μίαν ἡμέραν, tertio quoque die, alternis diebus.

Compoſita ſignificat *defenſionem*, ut ὑπερασπίζω, defendo: *augmentum*, ut ὑπερμαίνομαι, nimis inſanio: *trans*, ut ὑπερβαίνω, tranſcendo, ὑπερφίαλος, fœdifragus, *tranſgreſſore delle confederazioni*.

12. Ὑπὸ cum Genitivo ſub, ut ὑπὸ κόλπυ, *ſub ſinu*: *propter*, ut ὑπὸ αἰδῦς, *propter verecundiam*: *a*, ut ὑπὸ τῦ πυρὸς καταναλίσκεται, ab igne conſumitur: *per*, ut ὑπὸ κήρυκος προηγόρευσε, per præconem edixit: *apud*, ut ὑπὸ τῶν ἑλλήνων, apud græcos.

Cum Dativo *ſub*, ut ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιτίλλει, ſub pelle leonina ridiculam ſimiam tegit; ὑφ' αὑτῷ ποιεῖν, ſibi ſubjicere; ὑπὸ γῇ, ſub terram, ὑπὸ νυκτὶ, ſub nocte, i. e. in nocte, noctis tempore: *cum*, ut ὑπὸ φωτὶ πολλῷ προήει, multo cum lumine procedebat.

Cum Accuſativo *ſubter*, ut ὑπὸ γλῶ, ſubter terram: *infra*, ut ὑπ' αὐτὸν, infra ipſum: *ad*, ut ὑπὸ Ἴλιον ἦλθεν, ad Trojam venit, *venne ſotto Troja*: *ſub*, ut ὑπὸ τὸ δέρμα, ſub cute; ὑφ' ἡγεμόνα, ſub duce; ὑφ' ἁμαρτίαν εἶναι, ſub peccato eſſe, i. e. obnoxium peccato; ὑπὸ τὴν κατάλυσιν, ſub finem; ὑπὸ κυνός, ſub canicula, i. e. tempore caniculæ, vel in ipſo ortu canis.

Compoſita notat *diminutionem*, ut ὑποδείδω, ſubvereor: *Improbitatem materiæ*, ut ὑπόχρυσος, aurum nequam: *ſubjectionem*, ut ὑπακούω, obedio; ὑποχεῖν τὴν δίκλω, pœnas ſubire: *ſub*, ut ὑπάγω,

ſub-

ſubduco, ſubtraho: *dolum*, ut ὑπάγω, furtim ſurripio; item in errorem adduco, *ſeduco*; ὑπέρχομαι, ſubrepo.

Præpoſitiones aliquando ſuis caſibus poſtponuntur, ut εἰρώνης πέρι, *de pace*; tonuſque retrahitur, diciturque εἰρήνης περὶ, præter διὰ, ne accuſativus a ζεὺς eſſe videatur.

Translato accentu præpoſitiones fiunt verba, ut ἔνι (quod pro ἐνὶ Poetis pro ἐν) pro ἔνεστι *licet*: ἔπι pro ἔπεστι *ineſt*, *adeſt*: πέρι pro περίεστι, *ſupra modum ſupereſt*. Sic ἄνα *ſurge* pro ἀνάστηθι.

Poetæ ſæpe Præpoſitiones per Tmeſin diſſolvunt, ut κατὰ γαῖαν ἐκάλυψε, pro κατεκάλυψε.

Omnes Præpoſitiones memoriæ cauſſa his verſiculis clauduntur.

Ἐξ, ἀπὸ, ἀνὰ, πρὸ cum patrio ſolum ſociabis.
Ἐν, σὺν cum dandi caſu: dabis εἰς, ἀνὰ quarto:
Cum patrio, & quarto κατὰ, ὑπὲρ, διὰ, ϗ μετὰ junges,
Cum patrio, terno, & quarto παρὰ, πρὸς, περὶ, ἀμφὶ,
Καὶ ἐπὶ, ϗ ὑπό. Sed vatum exemplaria verſans,
Repperies ἀνὰ cum terno, κατὰ, ϗ μετὰ juncta.

Præpoſitiones quædam inſeparabiles, quæ fere extra Compoſitionem nihil ſignificant.

Augent ut:

- αἰ: ἀϊδήλως, valde manifeſtus.
- εἰ: εἰβρομῶν, graviter fremens.
- δα: δάσκιος pro δασύσκιος, ſpiſſam umbram faciens.
- ζα: ζαβάλλω, pro διαβάλλω, calumnior.
- λαι: λαικάζω, decipio, quod a λαὶ, & κάζω, orno.
- λι: λιπόνηρος, valde improbus, quaſi λίαν πονηρός.
- βυ: βυλιμία, magna fames, quaſi μέγας λιμός.
- ἵππος: ἱππογνώμων, ideſt, ὁ μεγαλογνώμων, magnanimus.

Privant { α : ut ἀθάνατος, immortalis.
νη : ut νήκερος, ſine cornibus.

Interdum tamen α ſignificat πολύ, multum; ut ἄξυλος, lignoſus: ſic & νη: ut νήδυμος ὕπνος, admodum ſuaviter membra pervadens ſomnus. Interdum ἅμα, ſimul; ut ἄλοχος, ideſt ὁμόλοχος, uxor. Interdum ἴσον, æquale: ut ἰσοπάλαιστος, æquiparandus. Interdum ἐναντίον, contrarium; ut Φοίβῳ ἀγυιώμονες, Phœbo adverſariæ. Interdum φωλότητα, vitium; ut ἄπους pro κακόπους, qui infirmis eſt pedibus. Interdum δυς, non facile: ut ἀόρατον, quod non facile conſpicitur. Interdum nihil facit; ut σάχυς, ἄσαχυς ſpica: βληχρὸς, ἀβληχρὸς, debilis.

δυς, cui adverſatur εὖ, difficultatem, aut vitium ſignificat; δυσυχία, adverſa fortuna: εὐτυχία, proſpera fortuna.

De Accentibus.

Græci in ſuis vocabulis legendis, & efferendis non quantitatis, quod faciunt Latini, ſed Accentus rationem habent. Quare de Accentibus regulæ aliquæ tenendæ: quanquam etiam Accentuum magiſter optimus eſt uſus.

Accentus triplex eſt, ut obiter in principio diximus, quantum ad rationem legendi requirebatur: Acutus, Gravis, Circumflexus.

Acutus afficit ultimam ſyllabam, penultimam, & antepenultimam: Gravis in ultima tantum ponitur: quamvis in omni ſyllaba intelligatur, quæ Acuto, aut Circumflexo careat: quam ob cauſam ſyllabicus dici ſolet: Circumflexus ultimam, aut penultimam occupat, & quidem nonniſi natura, vel natura ſimul, & poſitione longam. Excipe tamen compoſita ex Articulo ſubjunctivo, & infinitivo σὶς; nam ὅπανος, ἥπινος, ᾧπανι, ᾗπανι Circumflexum habent in antepenultima: quibus adde Dativos Poeticos ποῖσδεσι, ταῖσδεσι pro ποῖς, & ταὶς.

Vocabulum, quod Acutum habet in ultima, vocatur Oxytonum: quod in Penultima, Paroxytonum: quod in antepenultima, Proparoxytonum. Quod gra-

vi

vi notatur in ultima, Barytonum vulgo dicitur: quamvis omnia illa, quæ neque circumflexum, neque acutum in ultima habent, Gravitona dici ſoleant.

Vocabulum, quod in ultima Circumflexum habet, Periſpomenon eſt: quod in Penultima, Properiſpomenon.

Oxytona mutant in ipſo orationis contextu Acutum ſuum in Gravem; & tunc dicuntur ἐγκλινόμενα, ideſt *inclinata*: ut θεὸς ἡμῶν, *Deus noſter*, pro θεός.

Non inclinatur tamen Acutus in ipſa orationis ſerie, ſi ſequatur dictio enclitica: ut θεός σου, *Deus tuus*: θεός ἐστι, *Deus eſt*. Idem fit in fine periodi: ut πάντα βλέπει ὁ θεός, *omnia videt Deus*.

Interrogativum τίς retinet ubique ſuum accentum Acutum: ut τίς ἦλθε; *quis venit?*

Accentus Gravis, & Acutus abjectus per Apoſtrophum ex vocali, migrat in priorem ſyllabam, ſi pars orationis ſit declinabilis; ut πολλὰ, καλὰ, χαλεπὰ, πόλλ', κάλ', χαλέπ'; & mutatur in circumflexum, cum prior ſyllaba natura eſt longa, ut ἐμοὶ, ἐμοῖ: ſi non ſit declinabilis, perit cum ipſa vocali: ut παρ' ἐμοὶ, pro παρὰ ἐμοὶ, *apud me*.

Compoſitio plerumque retrahit Accentum: ut καλὸς, *pulcher*, φιλόκαλος, *ſtudioſus munditiæ*: σοφὸς, *ſapiens*, φιλόσοφος. Hoc fere perpetuum eſt in particulis, α, ἀ, δυς: ut κινητὸς, *mobilis*; ἀκίνητος, *immobilis*, εὐκίνητος, *facile mobilis*; δυσκίνητος, *difficile mobilis*: tum etiam in monoſyllabis, quando componuntur: ut παῖς, *puer*; εὔπαις, *bonos habens liberos*: πῶς, *pes*; τρίπους, *tripes*.

Aucta per Paragogen, & per Apocopen imminuta non mutant Accentum: ut καλοῖς, καλοῖσι, *pulchris*: τυπτέμεν, Jonice pro τυπτέμεναι Dorice, pro τύπτειν, *verberare*.

Excipiuntur Pronomina, quæ in fine adſciſcunt ι: ut ὅστοσι pro ὅστος, *hic*: ἐκεινοσὶ, pro ἐκεῖνος, *ille*: Item ἔγωγε, *ego quidem*: ἔμοιγε, *mihi quidem*: & cum ο præcedit ſyllabam adjectam per Paragogen: ſemper enim in his eſt Accentus in penultima: ut πόντος, ποντόφι, *e ponto*: ἐμεῦ, ἐμεόθεν, *mei*.

Monoſyllaba longa relicta poſt Apocopen aliquando æquuntur: ut χρῆμι, χρὴ, *opus ſum*: aliquando circumflectuntur: κρῖ pro κριθὴ, *hordeum*.

Monoſyllaba longa poſt Aphæreſin relicta circumflectuntur: ut ἔφλω, φλῶ, *dixi*: ἔφω, φῶ, *natus ſum*.

De Accentu Acuto.

Si ultima ſyllaba ſit brevis, Accentus erit in antepenultima, ut φιλάνθρωπος *humanus*; ἄγγελος, *nuntius*.

Si ultima fuerit longa, Acutus erit in penultima, ut φιλανθρώπους, ἀγγέλους.

Excipiuntur.

1. Quædam ſubſtantiva, & adjectiva, ut παρθένος, virgo, ὀργίλος, iracundus, ὀλίγος, paucus, πλησίος, propinquus.
2. Genitivi Attici omnium numerorum ſecundæ Declinationis contractæ: ut πόλεως, πόλεῳν, πόλεων: δωμέως, δωμέῳν, δωμέων.
3. Participia Præteriti Paſſivi, ut τετυμμένος, *verberatus*; λελεγμένος, *dictus*.
4. Verbalia in έος, ut ἰτέον, *eundum*; παιδαγωγέον, *curandum*.
5. Compoſita a Nomine, & Præterito Medio, ut Θεολόγος, *Theologus*. Sed compoſita a κτείνω; *occido*, τρέφω, *nutrio*, φθείρω, *corrumpo*, cum active capiuntur, ſunt Paroxytona, ut μητροκτόνος, *matricida*; θηρωτρόφος, *qui feras nutrit*; λαοφθόρος, *qui populum corrumpit*: cum paſſive uſurpantur, Proparoxytona ſunt, ut μητράκτονος, *a matre occiſus*; θηρότροφος, *a feris nutritus*; λαόφθορος, *a populo corruptus*.
6. Omnes caſus Quartæ Declinationis Simplicium, ut μενέλεως, μενέλεῳ, μενέλεων, &c.
7. Vocabula deſinentia in αι, & οι, quæ in ratione accentuum pro brevibus habentur, ut διδάσκαλοι, *Magiſtri*; σωόδοι, *conventus*. Si tamen in eadem dictione ſequatur aliqua conſonans, longæ cenſebuntur, ut διδασκάλοις, σωόδοις.

Com-

Compoſita a χέω, *fundo*; βάλλω, *jacio*; πολῶ, *verto*; λέγω, *vel* λόγος, *cum habent Præpoſitionem, Proparoxytona ſunt, ut* πρόχοος, *aqualis*; σύμβολος, *omen*; περίπολος, *qui circumit*; κατάλογος, *catalogus: cum vero aliam Orationis partem præpoſitam gerunt, ſunt Paroxytona, ut* οἰνοχόος, *pincerna*; ἐκηβόλος, *eminus jaculans*; ὑμνοπόλος, *qui hymnos tractat*; θεολόγος, *Theologus*.

In contractione ex gravi, & acuto fit acutus, ut ποιέετε, ποιεῖτε.

De Accentu Circumflexo.

Longa natura ante finalem brevem, ſi tonum habuerit, circumflectitur, ut σῶμα, *corpus*; μῦσα, *muſa*. At τύπτε, τύψον Paroxytona ſunt, quia ſola poſitione producuntur.

Excipiuntur.

1. Adverbium οἶκοι, *domi*, ad diſtinctionem οἶκοι Nominativi Pluralis ab οἶκος, *domus*.
2. Tertia perſona Aoriſti primi Activi Optativi Modi, ut ποιήσαιμι, ποήσαις, ποιήσαι, ad diſtinctionem infinitivi ποιῆσαι. At ποίησαι, *fac*, eſt Aoriſtus primus Imperativi Verbi Medii.
3. Item tertiæ perſonæ Optativi Activi deſinentes in οι: in his enim cenſetur hæc diphthongus longa, ut τετύφοις, τετύφοι; φάγοις, φάγοι.

Interdum penultima circumflectitur, licet ultima ſola poſitione ſit longa, ut φοῖνιξ, *phœnix*: αὖλαξ, *ſulcus*. Id tamen non obſervatur ab omnibus.

In Contractione ex Acuto, & Gravi fit circumflexus, ut βοάετε, βοᾶτε, *clamate*. Hic α, & ε coaleſcunt, quorum alterum acutum, alterum gravem accentum habebat. ſic ποιέετε, ποιεῖτε, *facite*. Sed tamen λητόα, λητῶ, non λητῶ, *Latonam*: αἰδόα, αἰδῶ, *verecundiam*, quamvis hoc poſterius aliqui circumflectant. Adde τὼ νόω, νῶ, *a* νόος, *mens*.

De Accentibus Declinationum.

Qualis Accentus eſt in Recto, talis fere eſt in obliquis, niſi obſtet aliqua ex infraſcriptis Regulis: ut λόγ☞, λόγε, λόγῳ: αἰνείας, αἰνείε, αἰνείᾳ: ἱππότης, ὦ ἱππότα: γεωμέτρης, ὦ γεωμέτρα: παιδοτρίβης, ὦ παιδοτρίβα: πῶξότης, ὦ πῶξότα, quamvis α ſit breve. Tamen ὁ δεσπότης, *dominus*: ὁ μητιέτης, *conſiliarius*: ὁ ἑκατηβόλος, *late videns*, vel *ſonans*: ὁ ἀκακήτης, *non nocens*, in Vocativo accentum retrahunt, ὦ δέσποτα, ὦ μητίετα, ὦ ἑκατηβόλε, ὦ ἀκάκητα.

In tribus prioribus Declinationibus Simplicium, ſi Rectus ſit Oxytonus, tunc Genitivus, & Dativus circumflectitur in omnibus numeris, ut Θεὸς *Deus*, Θεοῦ, Θεῷ, Θεοῖν, Θεῶν, Θεοῖς. In reliquis autem caſibus acutus manet, ut Θεὸν, Θεέ, Θεώ, Θεοί, Θεούς.

Si Acutus fuerit in penultima, ubique manebit, ut ξύλον, *lignum*, ξύλε, ξύλῳ.

Si Circumflexus fuerit in penultima, mutatur in Acutum, quoties ultima ſit longa, ut οἶκ☞, οἶκε, οἴκῳ, οἴκοιν, οἴκων, οἴκοις, οἴκους.

Si Acutus fuerit in Antepenultima, in penultimam transfertur, ſi ultima longa ſit, ut ἄνθρωπ☞, *homo*, ἄνθρωπε, ἀνθρώπῳ, ἀνθρώποιν, ἀνθρώπων, ἀνθρώποις, ἀνθρώπους.

Genitivus pluralis primæ, & ſecundæ Declinationis in ultima circumflectitur, niſi in Genitivis fœmininis Adjectivorum, quæ deſcendunt a maſculinis tertiæ Declinationis: hi enim Genitivi eundem habent accentum, quem Maſculini: ut ὁ ἅγι☞, *ſanctus*, τῶν ἁγίων; ἡ ἁγία, *ſancta*, τῶν ἁγίων.

In Quinta Declinatione Simplicium.

Acutus in ultima Recti erit in penultima Obliquorum, ut λαμπὰς, λαμπάδ☞, λαμπάδι, lampas: Si vero penultima fuerit longa natura; circumflectitur, quoties ultima ſit brevis, aut anceps, ut

ut σωτὴρ, σωτῆρ☞, σωτῆϊ, *Salvator*: ἀγὼν, ἀγῶν☞, ἀγῶνι, *certamen*.

Acutus in penultima Recti transfertur in antepenultimam obliquorum, quoties ultima ſit brevis, ut μάρτυρ, μάρτυρ☞, μάρτυϊ. Idem fit de circumflexo; qui tamen vertitur in acutum: ut βῆμα, βήματ☞, βήμαπ.

Acutus in antepenultima Recti permanet, quoties ultima ſit brevis, vel anceps, ut ἐπίγραμμα, ἐπιγράμματ☞, ἐπιγράμμαπ: cum vero ultima longa erit, accentus occupabit penultimam, ut ἐπίγραμμα, ἐπιγραμμάπων.

Monoſyllaba Quintæ Declinationis acuuntur in Genitivo, & Dativo Singulari, ac Plurali in ultima, ut ἡ χεὶρ, manus, τῆς χειρὸς, τῇ χειρὶ, ταῖς χερσί. In Genitivo Plurali, & Genitivo, ac Dativo Duali circumflectuntur in ultima, ut χειροῖν, χειρῶν. In Accuſativo ſingulari, in Nominativo, Accuſativo, Vocativo Duali, & Plurali circumflectuntur in penultima, ſi ſit natura longa, ut χεῖρα, χεῖρε, χεῖρες, χεῖρας.

Excipiuntur.

1. Participia θεὶς, θέντος, *qui poſuit*: στὰς, στάντ☞, *qui ſtetit*: δὰς, δόντ☞, *qui dedit*: ὢν, ὄντ☞, *qui eſt*.
2. Τίς, τί☞ interrogativum, quod tonum habet in priore per omnes caſus: ſed τὶς Indefinitum tonum habet ſemper in poſteriori ſyllaba, præterquam ubi amittit eum ratione inclinationis.
3. Genitivi παίδων puerorum, a παῖς: Τρώων Trojanorum, a Τρὼς: δᾴδων a δᾷς, fax: δμώων a δμὼς, famulus: φώτων a φὼς, vir: θώων a θὼς, lupus cervarius: φάδων a φὼς, φωδὸς, uſtio: κράτων a κρὰς, caput: πάντων a πᾶς, omnis, cujus dativus pluralis eſt πᾶσι.

Diphthongi ευ, & ε finales circumflectuntur, ut ὦ βασιλεῦ, o Rex: παντα χῆ, *ubique*. Adverbium tamen ἰδὲ *ecce*, excipitur, ut ab Imperativo ἰδὲ, *vide*, diſtinguatur.

Vocativus in ες Nominibus Propriis in ης eſt Proparo-

paroxytonum, ut ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες: Σωκράτης, ὦ Σώκρατες.

Irregularia ſunt ἡ μία, una, τοῖς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν: μηδεμία, μηδεμιᾶς: ἄμφω, ambo, ἀμφοῖν: δύο, duo, δυοῖν: μήτηρ, mater, Δημήτηρ, Ceres, θυγάτηρ, filia, quæ in obliquis Paroxytona ſunt, τῆς μητέρος, τῆς θυγατέρος. Item Vocativi ὦ σῶτερ, ἄνερ, δάερ, πάτερ a Nominativis σωτὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ, πατήρ.

Nullo accentu notantur ὁ, ἡ, οἱ, αἱ, εἰς, ἐς, ἐν, ἐκ, ἐξ, ἐ, ἐκ, ἐχ, εἰ, ὡς. Poſſunt tamen habere accentum dictionum encliticarum, ſi illas in Oratione præcedant.

De Encliticis.

Encliticæ dictiones ſunt, quæ proprium accentum in contextu orationis vel omnino amittunt, vel ad ultimam ſyllabam præcedentis dictionis remittunt; ut, ἤκουσά τινος, *audivi quemdam*: λόγος μου, *ſermo meus*.

Reperiuntur Encliticæ in ſequentibus partibus Orationis.

1. In articulo του, & Poetice τοῦ pro indefinito τινὸς, *alicujus*, & τῳ pro τινὶ, *alicui*.
2. In nomine τὶς, *quidam*, per omnes caſus: At τίς, τί, *quis*, *quid*, Interrogativum non eſt Encliticum; nuſquam enim ſuum accentum amittit:
3. In Pronomine μοῦ, μοὶ, μέ, cum ſuis Dialectis, μοῦ, &c. non autem in ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ, ut nec in Dialectis inde natis: σοῦ, σοὶ, σὲ: οὗ, οἷ, ἕ, pariter cum ſuis Dialectis. In Duali Pronominis tertiæ perſonæ Encliticum eſt σφὲ, & σφῶ; ſeu σφωὲ, quando accipitur pro σφὲ tertiæ perſonæ: nam σφῶ ſecundæ perſonæ non eſt Encliticum. In Plurali autem ejuſdem Perſonæ Encliticum eſt σφίσι, & σφὶν, ſeu σφὶ, pro σφίσι, ut & σφέας, pro σφᾶς; ſed non ſemper omnes. Poſt Præpoſitionem ἕνεκα, & disjunctivam conjunctionem ἤ non inclinant.

4. In

4. In Verbis εἰμί, *ſum*, & φημὶ, *dico*, in omnibus perſonis, & numeris Præſentis Temporis Indicativi Modi, exceptis ſecundis ſingularibus.
5. In Adverbiis ποτὲ, *aliquando*: ποθὲν, ποθὲ, *aliunde*: ποθὶ, *alicubi*: πῶς, *quodammodo*: πὼ, *adhuc*, *dum*; πῆ, *alicubi*: πῦ, *uſpiam*, cum infinite accipiuntur: ſi enim interrogative capiantur, Enclitica non ſunt.
6. In conjunctionibus γὲ, κὲ, τὲ, κὲν, πὲρ, ῥὰ, νὺ, θὴν, & ſimilibus.

Synencliticæ vocantur, quando plures Encliticæ conjunguntur, ut κυρίός μού ἐστι, *Dominus meus eſt*, τύπτουσί τινές με, *verberant me aliqui*; & in hoc caſu prior Enclitica recipit accentum poſterioris, ut videre eſt in exemplis allatis.

Inclinant, hoc eſt transferunt Encliticæ accentum ſuum in dictionis præcedentis finalem ſyllabam

Vel quando præcedens dictio habet Acutum in antepenultima, ut ἄνθρωπός τις, *homo quidam*.

Vel Acutum in penultima, quæ cum ultima eſt Trochæus: ut ἐστέ τι: ἔστέ ποτε: ἄλλό τι: ἐστί μοι. Sed εἰμὶ, & φημὶ poſt voces hujuſmodi Paroxytonas non inclinant.

Vel Circumflexum in penultima, modo ultima ſit brevis, ut σῶμά τι, *corpus quoddam*. Si tamen ultima ſit longa poſitione, Enclitica ſuum tonum retinet: ut κῆρυξ ἐστὶ, *præco eſt*.

Amittunt vero Accentum.

Si Encliticam dictionem præcedat vox Paroxytona: tunc enim enclitica, ſi ſit monoſyllaba, ſuum accentum omnino perdit, ut ξύλον μου, *lignum meum*. Secus ſi Diſſyllaba ſit enclitica: nam tunc ſervat accentum, ut Πέτρος φησὶ, *Petrus loquitur*.

Si dictio præcedens encliticam ſit Oxytona, ut πατήρ μου, *Pater meus*.

Si præcedens dictio ſit Periſpomena, ut ὁρῶ τινας, *video quoſdam*.

Ex-

Exceptio.

Perſona ἐστὶ habet acutum in prima, quando eſt initium orationis, vel ſubdita poſt οὐκ, μὴ, ὡς, εἰ, ἀλλὰ, & πῶτο: ut ἔστι πόλις, *eſt civitas*: εἰ ἔστι, *ſi eſt*. Alias vel amittit, vel in præcedentem dictionem rejicit; vel in ultima ſua retinet, juxta regulas ante præſcriptas.

Quando Encliticam præcedit vox gravem habens accentum in ultima, gravis vertitur in acutum: ut καρπός σου, non καρπὸς σου.

Plerique docti volunt, Pronomina Enclitica retinere accentum, quando ponuntur cum Præpoſitionibus, aut cum disjunctivis conjunctionibus: ut διὰ σὲ, *propter te*: περὶ σοῦ, *de te*: κατὰ μὲ, ἢ σὲ, *ſecundum me, aut te*.

Dictiones monoſyllabæ retinent accentum ſuum, cum ponuntur ἐμφατικῶς, ut ἤκουσα σοῦ, audivi te, non alium.

De Figuris dictionis.

Protheſis.

Protheſis eſt litera, vel ſyllaba principio dictionis addita: ut πεπαγὼν pro παγὼν, a πάζω, *apprehendo*, σμικρὸς, *parvus*, pro μικρός.

Aphæreſis.

Aphæreſis eſt, cum litera, vel ſyllaba principio dictionis ſubtrahitur: ut ὁρτὴ pro ἑορτὴ, *feſtum*: ἱρὸς pro ἱερὸς, *ſanctus*.

Syncope.

Syncope literam, vel ſyllabam e medio dictionis ſubtrahit: ut ἀράμην pro ἀρησάμην, *inveni*: ἐγένατο pro ἐγενήσατο, *natus eſt*.

Epentheſis.

Epentheſis eſt, cum medio dictionis litera, aut ſyllaba interſeritur: ut ἔλαβε pro ἔλαβε: ὁπόπερος, pro ὁτόπερος, *uter*.

Apocope.

Apocope fini dictionis aliquid detrahit: ut δῶ pro δῶμα, *domus*: ποσιδῶ pro ποσιδῶνα, *Neptunus*: βεὶ pro βειαρό.

Pa-

Paragoge.

Paragoge eſt, cum extremæ ſyllabæ aliquid adjungitur: ut ἦσθα pro ἦς, *eras*; τύπτεσκε pro ἔτυπτε, *verberabat*.

Metaplaſmus.

Metaplaſmus eſt mutatio ultimæ ſyllabæ in eodem caſu, ut κλάδι, pro κλάδῳ, *ramus*. Metaplaſmus vero generis eſt quævis mutatio in dictione per Poeticam licentiam.

Antitheſis.

Antitheſis (nonnulli ἀνάστοιχον vocant) eſt literæ commutatio, ut πόρσω pro πόρρω, *procul*; θάλαττα pro θάλασσα, *mare*.

Metatheſis.

Metatheſis eſt literarum ordo immutatus; ἔρξω, *faciam*, pro ῥέζω; ἔπραθον pro ἔπαρθον a πέρθω, *vaſto*; ἔδρακον pro ἔδαρκον a δέρκω *video*; καρτερὸς pro κρατερὸς, *fortis*, κάρτος pro κράτος, *robur*.

Synalœpha.

Synalœpha eſt eliſio quædam vocalis ante alteram in diverſis dictionibus, ut τὰ μὰ pro τὰ ἐμὰ, *mea*; τἄνομα pro τὸ ὄνομα; θοιμάτιον pro τὸ ἱμάτιον, *veſtimentum*, ὦ τᾶν pro ὦ ἑταῖν, ab ἑτᾶς, *O amice*, vel *amici*.

Anadiploſis.

Anadiploſis, ideſt reduplicatio, eſt primarum, vel ſecundarum ſyllabarum repetitio, ut κεκάμωσι pro κάμωσι; ἀπαρτρὸς pro ἀτρὸς; ἐπήτυμον pro ἔτυμον..

Syntaxis De Concordantiis.

CConcordantiæ apud Græcos eædem ferme, quæ apud Latinos, ſed obſervanda ſunt hæc, quæ ſequuntur.

1. Adjectivum cum ſubſtantivo non ſemper concordat caſu. Sæpe enim ſubſtantivum tranſit in Genitivum, aſſumpto Articulo: ut τὰ καλὰ ζῶα, *pulchra animalia*, τὰ καλὰ τῶν ζώων.

Hoc cum fit, tunc ipſa adjectiva dicuntur poni partitive, ut apud Latinos, Ovorum oblonga, Lanarum nigræ.

græ. *Baſilius etiam ſine partitione dixit*, τὰ σύμπαντα τῶν τῇδε καλῶν, univerſa hujus mundi bona.

2. Quando inter adjectivum, & ſubſtantivum intercedit Verbum ſubſtantivum, aut ſimile, tunc ſæpe ſubſtantivo maſculino, aut fœminino ſubjungitur adjectivum neutrum: ut ἡ ἀρετὴ λυσιτελές ἐστι, *virtus eſt utile*, ideſt, *utilis*, vel *res utilis*: ut apud Latinos, *Triſte lupus ſtabulis*.

3. Adjectivum aliquando ponitur ſolum, ſubaudito ſubſtantivo: ut τῇ προτεραίᾳ, τῇ ὑστεραίᾳ, &c. ſcilicet ἡμέρᾳ, *pridie*, *poſtridie*, &c. εἰς τλὼ αὔριον, *in craſtinum*: καθ' ἑκάστω, *quotidie*.

1. Relativum poni poteſt in eodem caſu cum antecedente: ut ἐκ τούτων, ὧν ἔχω, *ex iis*, *quæ habeo*. Et ipſum antecedens haud raro omittitur: ut ἐξ ὧν ἔχω. Sic ἐξ ὧν ἐπέστειλας, *ex iis*, *quæ ſcripſiſti*, ideſt, *ex tuis literis*.

2. Quædam dictiones relativæ interdum vacant: ut μηδένα ὄνπνα, *nullum*, apud Hermogenem: οἷος ἁβρότατος, *delicatiſſimus*: πάντες ὅσοι, *omnes*: μυρία ὅσα, *ſexcenta*.

3. Relativum οἷος aliquando ponitur cum infinito: ut τοιοῦτός ἐστιν, οἷος μὴ ψεύδεσθαι, *is eſt*, *qui non mentiatur*, vel *talis*, *ut*, &c.

4. Pro relativo *qui*, ſequente Verbo finito, adhiberi poteſt articulus præpoſitivus ſequente participio: ut, *qui dicit*, vel, *is qui dicit*, ὁ λέγων, &c.

5. Dictiones relativæ multæ eleganter ponuntur, præcedente Verbo ſubſtantivo, εἰμί. Vide infra.

1. Nominativus, & verbum frequentiſſime numero diſcrepant. Partitiva enim ſingularia nonnulla admittunt verbum plurale: ut ἕκαστος λέγει, vel λέγουσι, *unuſquiſque dicit*. Sic & collectiva: ut ἡ πόλις θαυμάζει, vel θαυμάζουσι, *civitas admiratur*. Neutra pluralia gaudent verbo ſingulari: ut ταῦτα ἐπαινεῖται, *hæc laudantur*. Non raro tamen & cum plurali juncta reperias, ut ἃ τοῖς ἀκούσασιν ὀργὴν ἀξίαν ἐμποιήσουσι, *quæ juſtam in auditoribus iram excitant*, Iſocr. προνοίᾳ πλεῖστα κατορθοῦνται, *prudentia plurima bene geruntur*, Thucyd.

No-

Nomina dualia poſtulant verbum ejuſdem numeri: ſæpe tamen cum plurali conjuncta inveniuntur, ut ἄμφω ἐξέπνευσαν ἄθλιον βίον, *ambo efflarunt miſeram animam*, Eurip. Et viciſſim pluralia aliquando adhærent verbo duali, ſaltem apud Poetas, ut.

Ὡς ὅτε χείμαῤῥοι ποταμοὶ κατ' ὄρεσφι ῥέοντες
Εἰς μισγάγκειαν συμβάλλετον ὄμβριμον ὕδωρ.
Sicut quando torrentes fluvii de montibus fluentes
In convallem conſerunt magno impetu ruentem aquam.

Homer. Iliad. δ.

2. Verbo ſubſtantivo ἐστὶ, ſequente relativo, eleganter interdum deeſt Nominativus; ut ἔστιν ὅς, ἔστιν ἥ, &c. *eſt qui* &c. vel *aliquis*, *alicujus*. &c. Item pluraliter, ἔστιν οἵ, ἔστιν ὧν, &c. Sic addito πας: ut ἔστιν ὅστις, &c. pluraliter, ἔστιν ὅπηνες, quod & εἰσὶν ὁἵπνες, vel εἰσί πνες οἵ; &c. vel ſic: ἔσθ' ὅς, ἔσθ' ἥ, &c. *eſt qui*, *eſt cujus*, &c.

Item in adverbiis: ἔστιν ἥ, vel ὅπῃ, *eſt ubi*, i. e. *alicubi*: ἔστιν ὅτε, vel, ὁπότε, *eſt quando*, i. e. *aliquando*; ἔστιν ὡς, vel ὅπως, vel ἔστιν ὅν τρόπον, *eſt quomodo*; i. e. *aliquo modo*.

De Regimine.

In regimine eundem ſervabimus ordinem partium, quem ſupra ſecuti ſumus. Primum igitur de Articulo.

De Articulo.

Articulus præpoſitivus hæc ferme habet, quæ obſervanda ſunt.

1. Præponitur omnibus orationis partibus, ut ὁ λόγος, ὁ αὐτὸς, τὸ λέγειν, ὁ λέγων, ὁ χθὲς, ὁ μὲν, &c. ὁ δὲ, &c. ὁ ἐν ὐρανῷ.

2. Nominibus propriis nunc additur, ſed rarius, nunc non additur: ut Πλάτων, & ὁ Πλάτων, *Plato*. Proprii vim habet Θεὸς, quando de uno, ac vero Deo loquimur. Dicimus igitur Θεὸς, vel ὁ Θεός.

3. Cum appellativis nominibus fere ſignificat vel rem certam, & jam cognitam, ubi adhibent Itali *il*, *la*, *lo*; ut ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον, *redde mihi librum*: vel excellentiam: ut ὁ ποιητὴς, *Poeta*, pro Homero.

4. Quo-

4. Quoties nomen ſubſtantivum conjunctum habet adjectivum, libenter recipit articulum; ita tamen, ut ſi adjectivum præponatur, unicus articulus modo adjectivo, modo ſubſtantivo præfixus ſufficiat, ut τὸν ἔνδον πολίτην, *cordatum civem*, ἐξ ὅλης τῆς καρδίας, *ex toto corde*; quod ſi adjectivum poſtponatur, utrumque donandum eſt articulo, ut ἐν τῷ πνεύματι τῷ ἁγίῳ, *in Spiritu Sancto: εἰς τὰς οἰκίας ἦλθον τὰς ἡμετέρας, in ædes venerunt noſtras.*

Idem ſervari ſolet, quoties loco adjectivi ſequitur aliquid, quod adjectivi vim habeat, ut τῆς ὁδοῦ τῆς πρὸς τὴν σωτηρίαν, *viæ, quæ ducit ad ſalutem*, ſubauditur autem participium φερούσης, vel ἀγούσης; τῆς ἀναλγησίας, ᾗ τῆς βαρύτητος ἀπαλλαγῶσι τῆς τῶν Θηβαίων, *a moleſtia & ſtupiditate liberari Thebanorum*, Demoſth. de Coron.

Atque hæc repetitio articuli vim habet diſtinguendi, ut ὁ λαγὼς ὁ θαλάσσιος, *lepus marinus.*

5. Dictioni ſuæ poſtpoſitus explicat, ac definit, ut ἡμεῖς οἱ Θρᾷκες, *nos Thraces*; ὡίκα ἤκομεν οἱ πρέσβεις, *cum rediiſſemus nos legati*, Demoſth. de pace.

6. Dictioni ſuæ poſtpoſitus ita, ut ſequatur genitivus, idem valet, quod Latine *filius:* ut Πτολεμαῖος ὁ Λάγου, *Ptolemæus Lagi filius.* Sic & ſimpliciter ante Genitivum: ὁ Κλεινίου, *Cliniæ filius.*

7. Neutrum τὸ, vel τὰ cum genitivo ſubſtantivi, ponitur pro ipſo ſubſtantivo, ut τὸ τῆς τύχης, vel τὰ τῆς τύχης, *fortuna.* Sic apud Latinos *ratio officii*, ideſt, *officium: ratio itinerum*, ideſt *itinera.* Interdum alio ſenſu: ut τὰ τοῦ Πλάτωνος, *Plato*, ideſt, *opera Platonis*, & ſimilia.

Neutrum τὸ cum adjectivo neutro, ac fere ſuperlativi gradus, ponitur eleganter pro ſubjunctivo ὅ, maxime cum recenſitis levioribus, ad id, quod graviſſimum ſit, devenitur, ut ᾗ τὸ πάντων αἴσχιστον, ᾗ τοῖς ἐγγόνοις τὴν αὐτὴν εἰρήνην εἶναι τούτῳ προσεψηφίσασθε, *quodque omnium turpiſſimum eſt, ut vel ipſos poſteros hæc eadem involveret pax, inſuper decreviſtis*, Demoſt. Philip. 2.

Poe-

Poetæ etiam in aliis generibus articulo præpoſitivo pro ſubjunctivo utuntur, ut τλῶ pro λῶ Iliad. α., τὰ pro ἃ, & τῶν pro ὧν Iliad. ε. &c.

8. Ponitur interdum pro demonſtrativo ὅσος vel ἐκεῖνος per omnia genera, & caſus, ut *οἱ δὲ ἤνεγκαν, illi autem tulerunt*, Marc. c. 12. εἰ τὸ, ᾗ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος ὅτος, *ſi hoc, & hoc feciſſet homo ille*. Demoſth. de Corona.

9. Adhibetur nonnunquam pro interrogativis τίνος & τίνι in Genitivo, & Dativo ſingulari, ut ἀγνοῶ, τῷ χρὴ πιστεύσαι, *neſcio, cui credere debeam*, Lucian. Et pro indefinitis τινὸς, & τινὶ, ut εἰ τῷ ποτε ἀνθρώπων γέγονε, *ſicui hominum factum eſt*, Demoſth. Olynth. 3. κἂν ὑπ' ἐχθρᾶ τῷ τοῦτο συμβαίνῃ, *etſi hoc alicui ab inimico contigat*, idem de Coron.

10. Inter Articulum, & dictionem regentem eleganter aliquid interponitur, quod ab iis pendeat: ut *οἱ τῶν φίλων παῖδες, amicorum liberi*.

11. De Articulo cum pronomine, cæteriſque partibus vide ſuo loco.

12. Articulus præpoſitivus ſervit diviſioni: ut ὁ μὲν, ὁ δὲ, *hic, ille*. Interdum & ſubjunctivus; ſed rarius. 1. ad Cor. 11. ὃς μὲν πεινᾷ, ὃς δὲ μεθύει, *alius quidem eſurit, alius autem ebrius eſt*.

1. Articulus ſubjunctivus idem valet, quod relativum apud Latinos: ut ὅς, ὅστις, ὅσπερ, *qui*.

2. Poni poteſt in eodem caſu cum antecedente. Vide ſupra de concordantiis.

3. Eleganter adhæret Verbo ſubſtantivo ἐστί. Vide ſupra de concordantiis.

4. Servit interdum diviſioni. Vide ſupra n. 12.

De Nomine.

1. Subſtantivis adduntur ſubſtantiva ferme in Genitivo: ut θέλημα Θεοῦ, *voluntas Dei*.

2. Cum quippiam alicui tribuimus, id eleganter effertur per Genitivum ad hunc modum: Ἀνὴρ μέγ' ἔχων τῆς παιδείας, *vir magna eruditione*. Sic παιδείας ἀπαχρώντως ἔχειν, *bene* vel *ſatis inſtructum eſſe literis*.

Δεξιῶς ἔχων τῆς φύσεως, *bona indole*, vel *felici ingenio*. Εὖ ἔχων σοφίας, *eximia ſapientia*. Πόρρω ἐλαύνων, *vel* ἐληλακὼς τῆς ἡλικίας, *magno natu*: aut ſimili aliquo modo. Item per Accuſativum interveniente nomine adjectivo: ut νεανίας δεξιὸς τὴν φύσιν, *adoleſcens bonæ indolis*. Vide Adjectiva.

3. Subſtantivum ſequitur Dativus: ut κριθὴ τῷ ὄνῳ, Lucian. *hordeum aſino*: item εἰς τὸν ὄνον.

4. Interdum additur Accuſativus, ubi Latine eſt ablativus, nullo accedente adjectivo, ut ῥήτωρ τὴν τέχνην, *profeſſione Rhetor*.

5. Subſtantivum etiam ſequitur præpoſitio cum ſuo caſu: ut ὁ ἐπὶ σοὶ πόθος, *cui deſiderium*: ἔχθρα εἰς Θεὸν, *infenſus Deo animus*: ἡ ἐμὴ εἰς πάντας εὔνοια, *mea in omnes benevolentia*. Sic ἡ πρὸς αὐτὸν φιλία, κοινωνία, ὁμοιότης, &c.

6. Subſtantiva interdum fiunt adverbia: ut ταχέως, *celeriter*, &c. Interdum ponuntur adjective, ut τὴν ἑλλάδα φωνὴν ἐξέμαθον, pro τὴν ἑλληνικὴν, *didici græcam linguam*.

Adjectiva ante ſe habent quædam adverbia: ut λίαν, οὕτω, πολὺ, &c. *nimis*, *ita*, *multum*, &c.

Comparativa etiam, & ſuperlativa quaſdam habent particulas. Xen. παιδ. α. ὅτι πλείω, *plura*. Sic ὡς πλεῖστα, ὅτι πλεῖστα, ὡς ὅτι πλεῖστα, *quam plurima*. Poſt ſe quid habeant, vide in ſequentibus.

Adjectiva hæc ſequentia ponuntur cum Genitivo.

1. Copiæ, & inopiæ, ut μεστὸς, πλήρης, ἔμπλεως, ἀνάπλεως, *plenus*: κενὸς, *vacuus*: γυμνὸς, *nudus*: ἔρημος, *deſtitutus*, *nudus*, &c.

2. Communionis: κοινωνὸς, *conſors*: μέτοχος, *particeps*: ἀμέτοχος, *expers*. Item κοινωνὸς αὐτῷ τῶν πόνων, *ſocius ipſi in laboribus*. Sed hæc inter ſubſtantiva poni videntur poſſe.

3. Scientiæ, ac memoriæ: ut ἔμπειρος, *peritus*, ἄπειρος, *rudis*, *imperitus*: ἰδὼς, *aſſuetus*.

4. Partitiva: ut ἕκαστος ἡμῶν *unuſquiſque noſtrum*: & partitive poſita: ut οἱ ἀγαθοὶ τῶν φίλων, *boni amicorum*, ideſt *boni amici*.

5. Ver-

5. Verbalia in κος: ut πορισικὸς τῶν ἐπιτηδείων, *qui facile comparat, aut ſuppeditat vitæ neceſſaria*. Item verbalia in τος privantia, active ſumpta: ut ἄγευστος, *qui non guſtavit*; ἀθέατος, *qui nunquam vidit*, &c.

6. Multa ἐλλειπτικῶς, deficiente ἕνεκα: ut μακάριος εἶ τῆς θέας, *beatus es propter viſionem*, ideſt, *qui videris*.

7. Quædam ſignificantia diverſitatem, & alienationem: ut ἄλλοι τῶν σοφῶν, *alii a ſapientibus*; διάφορος τούτων, *ab his diſcrepans*; ἕτερον τοῦ ἀγαθοῦ, *diverſum a ſummo bono*.

8. Ἄξιος, *dignus*: ἀνάξιος, *indignus*: ἐγκρατὴς, *compos, qui coercere ſcit, ac regere*; ἀκρατὴς ideſt, ἥττων, *qui vincitur, qui ſuccumbit*. Sic multa alia.

9. Comparativa, & ſuperlativa: ut Κροίσου πλουσιώτερος, *Cræſo ditior*: Σοφώτατος ἁπάντων, *omnium ſapientiſſimus*.

Huc pertinent ea, quæ ſuperlativorum vim habent: ut ἐξαίρετος, *eximius*: ἔξοχος, *idem*: κορυφαῖος, *princeps*, & ſimilia.

Cum Dativo junguntur hæc

1. Æqualitatis, ac ſimilitudinis, & contraria: ut ἴσος, *æqualis*: ἄνισος, *inæqualis*: ὅμοιος, *ſimilis*: παρόμοιος, *aſſimilis*: ἀνόμοιος, *diſſimilis*.

2. Ἐπιτήδειος, *idoneus*: ἀναγκαῖος, *neceſſarius*: πιστὸς, *fidelis*: & ſimilia. Item quæ affectionem aliquam ſignificant: ut εὔνους, *benevolus*: κακόνους, *malevolus*, &c.

3. Commodi, & incommodi: ut λυσιτελὴς, σύμφορος, ὠφέλιμος, ἐπωφελὴς, χρήσιμος, *utilis*: ἀλυσιτελὴς, ἀσύμφορος, ἀνωφελὴς, ἄχρηστος, *inutilis*.

4. Compoſita a σωὶ, & ὁμοῦ: ut σύσκηνος τῷ πατρὶ, *contubernalis patri*: ὁμόψυχος ἐμοὶ, *mecum ſentiens*. Item cum genitivo, ὁμοτράπεζος τοῦ βασιλέως, *eadem cum rege menſa utens*.

5. Verbalia paſſive ſumpta: ut ἄγνωστον τοῖς πολλοῖς, *vulgo ignotum*: ζηλωτὸς τοῖς ἄλλοις, & apud Iſocr. ὑπὸ τῶν ἄλλων, *aliorum opinione beatus*.

6. Variantia quædam: γείτων τούτῳ, vel τούτου, *vicinus huic*, vel *hujus*. Sic φίλος, *amicus*: ἐχθρὸς, *inimicus*: ἴδιος, *proprius*: κοινὸς, *communis*: ἐναντίος, *contrarius*, & ſimilia.

1. Cum Accuſativo ponuntur multa per ſynecdochen, ſubaudito κατὰ: ut λευκὸς τοὺς ὀδόντας, *albus dentes*, ideſt, *albis dentibus*; ὅμοιος τἄλλα, *cetera ſimilis*, i. e. *quoad cetera*. Interdum Accuſativus tranſit in dativum: ut ἁπλοῦς τῷ τρόπῳ, *ſimplex moribus*. Accuſativus hujuſmodi etiam ſubſtantivis additur: ut Σύρος τὴν πάτριδα, *Syrus & patria*. Vide ſubſtantiva. Aliquando Accuſativo additur præpoſitio εἰς, ut ὅμοιος εἰς φύσιν, *moribus*, ſive *natura ſimilis*.

2. Accuſativus interdum redundat: ut δέκα τὸν ἀριθμὸν, *decem numero*. τοσοῦτοι τὸ πλῆθος, *tam multi*: τηλικοῦτοι τὸ μέγεθος, *tam magni*.

3. Quædam Accuſativo gaudent interveniente præpoſitione, ut πρόθυμος εἰς ταῦτα, *promptus ad hæc*: ὀκνηρὸς εἰς, vel πρὸς ἅπαντα, *piger ad omnia*, *timide accedens ad omnia*.

1. Adjectivis junguntur etiam Verba infinita, participia, præpoſitiones, particulæ.

Verba infinita ſæpiſſime. Vide Infinit.

Participia minus ſæpe, ſed junguntur tamen his, & ſimilibus: δῆλος, καταφανὴς, &c. ut δῆλός ἐστι παίζων, quod & φαίνεται παίζων, *manifeſtus eſt jocans*, i. e. *manifeſtum eſt*, vel *apparet*, *eum jocari*.

Præpoſitiones etiam cum ſuis caſibus adhærent adjectivis: ut ἀνήμερος ἐπὶ τῶν ἄλλων, vel εἰς ἄλλους, *inhumanus in alios*: φρόνιμος περὶ τούτων, ideſt, σοφὸς τάδε, *peritus harum rerum*.

Particulæ adhærent comparativis: πλουσιώτερος, ἢ Κροῖσος, ditior, quam Crœſus. Reperiuntur & cum poſitivis: *ut* οὐδὲν ἄλλο, ἢ τοῦτο, *nihil aliud*, *quam hoc*.

2. Adjectiva neutro genere fiunt ſubſtantiva: ut τὸ διάφορον, ideſt, ἡ διαφορὰ, *differentia*, &c.

Item in aliis generibus, *& quidem in* ἀλλήλων *ſemper*: *ut* ἐφίλων ἀλλήλους, amabant inter ſe; *in quibuſdam non ſemper*: *ut* πάντες, πολλοὶ, ὀλίγοι, ὁ γείτων, οἱ πρασήκοντες, ὅμοιος, *&c. Ex hoc genere eſt* ἕκαστος, *quod & αὐτὸς* ἕκαστος, *&* ἕκαστός τις, &c.

3. Adjectiva neutra in ſingulari, & plurali fiunt ad-

adverbia: ut πότερον, & πότερα, *utrum*.

Item in aliis generibus: ut δρομαῖος ἦλθεν, *currens venit*, i. e. *curriculo*, vel *curſim*: ſic ταχὺς, &c. Eleganter hoc fit in iis, quæ ſignificant tempus: ut τεταῖος, *tertianus*, ideſt, *tertio die*, &c.

De Pronomine.

1. Poſſeſſivorum loco ſæpius utimur genitivis primitivorum: ut ὁ ἐμὸς, ὁ ἐμοῦ, vel ὁ ἐμαυτοῦ, *meus*, &c.

Poſſeſſivum σφέτερος cum genitivo relativi: ut τὰ σφέτερα αὐτῶν, *ſua*: ſic & τὰ ἴδια αὐτῶν.

2. Demonſtrativa ὅδε, & ἐκεῖνος nominibus præpoſita, vel poſtpoſita iis fere ſemper largiuntur articulum, ut κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους, *illis temporibus*, ὅδε ὁ λόγος, *hic ſermo*, αὕτη ἡ ἀρχὴ, vel τοῦτο ἡ ἀρχὴ τῶν κακῶν, τὸ μὴ θέλειν, &c. *hoc eſt principium malorum, nolle*, &c. ὁ ἀγὼν ὅδε, *hoc certamen*.

3. Relativum αὐτὸς, *ipſe*: ſed præpoſito Articulo ὁ αὐτὸς, *idem*. Atque hoc dativo jungitur: ut γινώσκει τὸ αὐτὸ ἡμῖν, *Idem ſentit, quod nos*.

Pro Dativo interdum aliæ dictiones: ut Chryſoſt. ταὐτὸν ποιήσεις, ὥσπερ ἂν εἰ τὸν ἰχθὺν ἐκ τοῦ ὕδατος ἐξήγες, *idem feceris, ac ſi piſcem ex aqua extraxeris*.

4. Dativus relativi αὐτὸς interdum ita ponitur, ut ſubaudiatur σὺν: ut εἷλε τὴν ναῦν αὐτοῖς τοῖς ἐπιβάταις, *navem cepit una cum ipſis vectoribus*.

De Verbo.

Verborum genera conſtituemus tria, Activum, Paſſivum, Neutrum. In activis ponentur ea, quæ quacunque terminatione Accuſativum habent patientem: in Paſſivis, quæ Genitivum agentem: in Neutris, quæ neutrum.

De Activis.

Activa, ut apud Latinos, ſic & apud Græcos, nunc cum ſolo ponuntur Accuſativo: ut ἀσκεῖν τὴν ἀρετὴν, *virtutem colere*; nunc præter Accuſativum habent & alium caſum, Genitivum videlicet in Poſſeſſivis, Da-

tivum in Acquiſitivis, Accuſativum in Tranſitivis.

1. Poſſeſſiva ſunt primum verba commonefaciendi: ut ἀναμιμνήσκω, vel ὑπομιμνήσκω σε τῶ ὅρκε, *admoneo te jurisjurandi.*

Hic Genitivus aliquando tranſit in Accuſativum: ut ταῦδ' ὑμᾶς νῦν ὑπέμνησα, *hæc vobis nunc in memoriam redegi.*

2. Accuſandi, damnandi, abſolvendi. Cum his enim, & ſimilibus crimen ferme ponitur in Genitivo: ut αἰτῶμαι, ἐπαιτῶμαι, διώκω, διωκάζω, κατηγορῶ, γράφομαι (reperitur & γράφω) τὸν ἀδελφὸν προδοσίας, *accuſo fratrem proditionis.*

Hic Genitivus criminis & manet in paſſivis: ut διώκομαι, κατηγορῦμαι προδοσίας, accuſor proditionis; & *reperitur in neutris, ut* ἐπεξέρχομαί σοι φόνε, arceſſo te cædis.

Crimen ſæpe in Accuſativo, maxime ſi perſona in alio ponatur caſu: ut κατηγορῶ σε κλοπῶ: atque hoc rectius, quam κατηγορῶ σε κλοπῆς, *accuſo te furti*, καταψηφίζομαί σε κλοπῶ, *condemno te furti.*

Pœna eodem modo frequentiſſime in Accuſativo: ut καταγινώσκω, καπακρίνω, καταψηφίζομαί σε θάνατον, τιμῶμαί σοι θάνατον: *damno te capite*: raro in Genitivo, tum videlicet, cum perſona ponitur in Accuſativo; ut καταγινώσκω σε θανάτε.

Verbum ζημιῶ valde variat. Dicimus enim ζημιῶ σε χρημάτων, χρήμασι, χρήματα, & εἰς χρήματα, *multo te pecunia.* Uſitatiſſimus autem hic eſt Dativus, uti & in paſſivo: ut ζημιῦμαι θανάτῳ, φυγῇ, &c. *multor morte, exilio*, &c.

Ad hanc regulam pertinent Verba laudandi, probandi, admirandi, & contraria: ut μακαρίζω σε τῆς ἀρετῆς, *beatum te prædico ob virtutem*: ζηλῶ, *idem*: ἐπαινῶ, *laudo*: ἀποδέχομαι, *probo*: θαυμάζω, *admiror*, &c. Item permutatis inter ſe caſibus, μακαρίζω σε τῇ ἀρετῇ, &c.

Item pro caſu rei aliud quippiam; ut θαυμάζω σε, ὅπως ἃ λέγεις, &c. *Iſocr.* miror te non dicere, *vel*, qui non dicas, &c.

Æſtimandi. Hic pretium ponitur in Genitivo: ut

πολ-

πολλοῦ τιμῶμαι ταῦτα, *magni hæc æſtimo*: πλείονος, vel μείζονος, *pluris*: πλείστου, *plurimi*, vel *maximi*.

Item addita præpoſitione πρό, vel ἀντί: ut πρὸ παντὸς, vel ἀντὶ παντὸς τιμῶμαι, *maximi æſtimo*, vel, *nihil æſt, quod malim, nihil eſt, quod æque cupiam, nihil eſt omnium rerum, quod non minoris putem*.

Ποιοῦμαι ferme cum περί: ut περὶ πολλοῦ ποιοῦμαι τὴν εἰρήνην, *pacem magnifacio*: περὶ πλείονος, *pluris*, &c. ut ſupra: περὶ ὀλίγου, *parvi*: περὶ ἐλάττονος, *minoris*: περὶ οὐδενός, *nihili*. Sic οὐδενὸς τίθεμαι, vel παρ' οὐδὲν τίθεμαι τὰ ἐπὶ γῆς, *ea, quæ in terris ſunt, nihili facio*. Sic μηδενὸς τίθεσθαι apud Baſilium reperitur, & hoc modo ἐν μεγάλῳ τίθεμαι, vel ποιοῦμαι, *magnifico*.

Huc referri poteſt ἀξιῶ, *æſtimo*: ut πόσου ἀξιοῖς ταῦτα; *quanti hæc æſtimas?* Item *dignum puto*: ut κοινῆς τραπέζης ἀξιώσας αὐτὸν, *communi eum dignatus menſa*.

Quædam Genitivum habent pro Latinorum Ablativo. Ea ſunt hæc ſequentia.

1. Verba implendi, onerandi, & contraria: ut γεμίζω τὴν φιάλην οἴνου, *impleo phialam vino*: πίμπλημι, *impleo*: πληρόω, *idem*: κενόω, *evacuo*.

Apud Diodorum pro Genitivo reperitur & Dativus cum Verbo πληρόω.

Ad implendi Verba referri poteſt γεύω σε τῶν θείων, *guſtum do tibi rerum divinarum*.

2. Liberandi: ut ἀπαλλάττω σε τῶν κακῶν, *libero te malis*: λύσω σε τῶν δεσμῶν, *ſolvam te vinculis*: ἔπαυσέ με τῆς ἀνίας, *finem mœrori meo attulit*.

Item cum præpoſitione: ut ῥῦσαι ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ πονηροῦ, *libera nos a malo*. Sic ῥύεσθαι, vel σώζειν τινὰ ἐκ τῶν κινδύνων, ἐκ τοῦ θανάτου, &c. *liberare, eripere aliquem e periculis, morte*, &c.

3. Privandi: ut γυμνῶ σε πάντων τῶν ἀγαθῶν, *ſpolio te omnibus bonis*.

4. Pellendi, prohibendi, removendi, ac ſeparandi: ut διώκω, ἐλαύνω, ἐκβάλλω σε τῆς οἰκίας, *ejicio te domo*: εἴργω, κωλύω τὸν πατέρα φόνου, *prohibeo patrem cæde*, ideſt, *impedio, quominus cædem faciat*: ἐχώρισέ με τῶν ἄλλων, *ſegregavit me ab aliis*.

Item addita præpoſitione, quando Accuſativus eſt rei: ut Chryſoſt. τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἐκ τῆς ψυχῆς ἐξελάσαι, *Dei timorem ex animo expellere.*

5. Multis additur Genitivus ſignificans partem: ut λύκον τῶν ὤτων κρατῶ, *lupum auribus teneo.*

Quæ apud Latinos cum ſeparativis in Ablativo interveniente A, ab, abs, de, e, ex, ea apud Græcos haud raro ponuntur in Genitivo interveniente ἀπὸ, παρὰ, ἐκ, aut ſimili.

Cum hujuſmodi igitur Verbis in Genitivo pones primum id, a quo aliquid accipitur, emitur, &c. Secundo, a quo aliquid auditur, diſcitur, intelligitur. Tertio, a quo aliquid petitur: ut αἰτοῦμαι τοῦτο παρὰ Θεοῦ, *hoc a Deo peto.*

Sic & neutrum δέομαι *cum hujuſmodi Genitivo: ut* τίνος δέῃ παρ' ἐμοῦ; quid eſt, quod a me petis? *Item ſine præpoſitione, ſed cum Accuſativo rei, ut jam ſit activum. Xenoph.* ὅ τι δέοιτο αὐτοῦ Κῦρος, quod ab eo peteret Cyrus.

Acquiſitiva ferme eadem, quæ apud Latinos: δέδωκεν ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, *dedit ſe Deo*, ὁμολογῶ σοι χάριν, vel χαριστήρια τῆς φυλαχθείσης πίστεως, *ago tibi gratias de ſervata fide*, vel *quod manſeris in fide*: ἔγνων, ἔχω, μέμνημαι, οἶδα, ὀφείλω σοι χάριν, *habeo tibi gratiam*: πολλὴν ἔχω σοι χάριν, *magnam habeo tibi gratiam, multum te amo*: χάριν οἶδά σοι τούτου, *hujus rei habeo tibi gratiam*: χάριν ἴσθι, *beneficii loco pone*: χάριν σοι προσθήσουσι. Thucyd. *id gratiæ apponent tibi.*

Ἀποδίδωμι, ἀπονέμω, ἀπομνημονεύω, ἐκτίνω σοι χάριν, *refero tibi gratiam*: ἀπεμνήσατο χάριν, *gratiam retulit.* Sic χάριν, vel χάριτας ἀνταποδιδόναι, Bud. in epiſt. χάριτας ὁμοίας ἀνταποδιδόναι, Eſch. *parem gratiam referre.* Is, cui gratia refertur, dicitur χάριν ἀπολαμβάνειν.

Multa apud Græcos ſunt Acquiſitiva, quæ apud Latinos Effectiva, vel potius Affectiva. In Dativo enim ponitur Primo id, quo aliquem armamus, munimus, veſtimus. Secundo, quo alimus, ac nutrimus. Tertio, quo implicamus, impedimus, &

con-

contra. Quarto, quo ornamus, corroboramus, & contra: ut ἐτείχισεν ἑαυτὸν οὐχ ὅπλοις, ἀλλ' λόγοις, *non armis, ſed orationibus ſe munivit.*

Multa ſunt Acquiſitiva virtute præpoſitionis, cum qua componuntur: ut περιβάλλειν τινὰ μεγάλοις συμφοραῖς, *conjicere aliquem in magnas calamitates*, &c.

Tranſitiva ſunt, quæ ſequuntur.

1. Αἰτῶ, *flagito, peto:* ἀπαιτῶ, *poſco, repoſco, exigo:* ἐκλέγω, πράττομαι, εἰσπράττομαι, & εἰσπράττω, *exigo:* ut πράττομαί σε μνᾶν, *minam abs te exigo.*

2. Διδάσκω, *doceo*, ἀναμιμνήσκω, & ὑπομιμνήσκω, *admoneo, commoneſacio.* Duo ultima etiam inter Poſſeſſiva poſuimus.

3. Quædam Acquiſitiva apud Latinos Tranſitiva ſunt apud Græcos: ut οὐ πείθω σε ταῦτα, *non poſſum tibi hæc perſuadere*; ἐπιτρέπω σε τοῦτο, *concedo tibi hoc*; quod tamen & cum Dativo uſurpatur.

4. Quædam beneficii Verba, & contraria: ut εὖ δρῶ, εὖ ποιῶ, εὐεργετῶ σε μεγάλα, *magnis te afficio beneficiis.* Κακὸν ἐμὲ ἐργάσεται, *dabit mihi malum.* Τί ἂν ἐργάσαιο τοῦτον, *vel* δρῴης, *vel* ποιοίης; *quid hoc homine facias?* Βλάπτω σε μεγάλα, *magna tibi affero detrimenta.* Ἀδικεῖ με πολλὰ, *multis me onerat injuriis.*

De Ἀδικῶ σε ἀδικίαν vide caſus communes.

Si Accuſativus rei detrahatur, erunt Activa ſimplicia: ut Εὐλογῶ σε, *benedico tibi*, &c.

Quædam Attice ſunt Tranſitiva, quæ alioqui poſſeſſiva: ut Ἀφαιροῦμαί σε τὰ χρήματα, *Spolio te pecunia*: pro Ἀφαιροῦμαί σε τῶν χρημάτων, vel σου τὰ χρήματα: ſic καὶ τὰ ἡμέτερα ἡμᾶς ἀποστερεῖ, *etiam ea, quæ noſtra ſunt, nobis eripit.*

Geminus Accuſativus additur etiam verbis vocandi; ut Τοῦτο καλοῦσί με, *ita me appellant.*

Item aliis multis: ut Ποιῶ, ἀποδείκνυμι, ἀποφαίνω, καθίστημι, ἀπεργάζομαι αὐτὸν εὐδαίμονα, *reddo eum felicem*: χειροτονοῦσιν αὐτὸν ὕπατον, *creant eum Conſulem.* In his, & ſimilibus uterque Accuſativus ferme ad eandem rem pertinet.

Quædam Activa etiam ad alia pertinent genera.

Vide

Vide infra in fine Neutrorum.

Ab Activis in ω & μι deſcendunt Paſſiva, de quibus infra: ſed non ab omnibus: πάχω enim non facit πάχομαι, &c.

Ab Activis in μαι non formantur Paſſiva. Quædam tamen ex hujuſmodi Activis aliquando etiam Paſſive uſurpantur: ut Πολλὰ εἴργασαι κακὰ, *multa perpetrata ſunt mala*, &c.

De Paſſivis.

Paſſivis additur Genitivus agentis accedente præpoſitione ὑπὸ, παρὰ, πρὸς, & interdum ἐκ: ut Τύπτομαι ὑπὸ τοῦ διδασκάλου, *vapulo a præceptore*. Interdum Dativus abſque præpoſitione, ut apud Latinos.

Nominativus, qui Verbo præponitur, in ſimplicibus fit ex Accuſativo: ut Τύπτω τὸν μαθητὴν, Ὁ μαθητὴς τύπτεται, *verbero diſcipulum*, *diſcipulus verberatur*.

Ante Poſſeſſiva hic Nominativus nunc eſt perſonæ, ſequente vel crimine in Genitivo: ut Κατηγορεῦμαι κλοπῆς: vel pœna in Genitivo, Dativo, Accuſativo: ut καταψηφίσθην φυγῆς, *exilio damnatus ſum*: ἐζημιώθην χρήμασι, *mulctatus ſum pecunia*: κατεκρίθην θάνατον, *damnatus ſum capite*: nunc vero rei: ut καταψήφισαι, κατακέκριμαι, κατέγνωσαί μου θάνατον, *damnatus ſum capite*.

Pro Genitivo pœnæ reperitur & verbum infinitivum, in Lucian. in Aſino. Κατεκέκριτο θηρίοις ἀποθανεῖν, damnatus erat ad beſtias.

In Acquiſitivis non ſemper Accuſativus tranſit in Nominativum, manente Dativo: ut Προστάττω τοῖς ἐμοῖς πολλὰ: πολλὰ τοῖς ἐμοῖς προστέτταται, *impero meis multa*, &c. ſed interdum Dativus, manente Accuſativo: ut Ἐπιτρέπω αὐτοῖς τὴν δίκαν, αὐτοὶ ἐπιτρέπονται τὴν δίκαν, *permitto ipſis arbitrium*, &c. Ἐπίστευεν ἐμοὶ τὴν βασιλείαν: ἐγὼ ἐπιστεύομαι τὴν βασιλείαν: *committebat mihi*, vel *credebat mihi regnum*, &c.

In Tranſitivis perſona ferme tranſit in Nominativum, manente caſu rei: ut ἀπαιτοῦμαι ἰσχύν, *poſtulantur a me vires*; διδάσκομαι ὕμνους, *doceor*, vel potius *diſco hymnos*, &c.

Si

Si uterque Accuſativus ad eandem rem pertineat, ambo tranſeunt in Nominativum, ἀναγορεύω Κικέρωνα ὕπατον, Κικέρων ἀναγορεύεται ὕπατος, *renuncio Ciceronem Conſulem, Cicero renunciatur Conſul.*

Quædam Paſſiva etiam ad alia pertinent genera. Vide infra in fine Neutrorum.

Paſſiva formantur ferme ex Activis. Vide ſupra in fine Activorum, raro ex Neutris. Vide infra in fine Neutrorum.

Paſſiva nonnunquam ſupplentur per Activa: ut εὖ δρῶ, & εὖ ποιῶ, non formant Paſſivum, ſed ejus loco dicimus εὖ πάσχω ὑπὸ Φιλίππου, *beneficium accipio, beneficiis afficior a Philippo:* μεγάλα ὑπὸ τούτου εὖ ἔπαθον, *magna ab hoc beneficia accepi:* ſic κακῶς πάσχειν, *male accipi.* Atque hic præpoſitio ferme eſt ὑπό. Quando vero pro adverbio eſt nomen, ut ἀγαθὸν πάσχειν, κακὸν πάσχειν, δίκαια πάσχειν, tunc præpoſitio eſt vel πρὸς, vel ὑπὸ: ut ἀγαθὸν πάσχειν πρὸς τῶν φίλων, & κακὸν πάσχειν ὑπὸ τῶν πολεμίων.

Ab Activis ἀντεύδρῶ, ἀντεύποιῶ, *beneficium repono, beneficium reddo,* Paſſivum erit ἀντεύπάσχω, *beneficium mihi redditur*: ſed ſine caſu agentis.

Paſſiva ſupplentur & per neutra, ut Ἀπέθανον ὑπὸ τοῦ Ἕκτορος, *interii*, ideſt, *occiſus ſum ab Hectore.* Πίπτειν ὑπό τινος, *cadere ab aliquo*, ideſt, *proſterni.* Μεγάλαις συμφοραῖς ὑπὸ τούτου περιπέπτωκε, *in magnas ab hoc conjectus eſt calamitates*; Ὑφ' ὑμῶν ἀπολέσθαι, *a vobis interire, interfici.*

De Neutris.

Neutra Similium copulativa ſunt ferme hæc.

1. Verba ſubſtantiva, & eorum vim habentia: ut εἰμὶ, τυγχάνω, ὑπάρχω, *ſum*: γίνομαι, *ſum*, vel *fio*: πέφυκα, *natura ſum*: ἀποβαίνω, *evado*: πάντες ὑπῆρχον ἕτοιμοι, *omnes erant parati.*

Poſterior Nominativus interdum eſt participium: ut τυγχάνω γράφων, *ideſt*, γράφω, ſum ſcribens, *ideſt*, ſcribo: *dicunt Itali*: mi ritrovo a ſcrivere: già io ſcrivo.

Pro εἰμὶ, *vel* τυγχάνω *eleganter dicimus* τυγχάνω ὤν.

2. Ver-

2. Verba vocandi Paſſive accepta, & eorum vim habentia: ut ὀνομάζομαι, καλοῦμαι, προσαγορεύομαι, &c. Ἔχων ἀκούει ποιητὴς, *ille audit poeta*, ideſt *vocatur*.

Obſervationes.

1. Ex duobus caſibus, qui copulantur, poſterior interdum tranſit in Genitivum aſſumpto articulo: ut Σωκράτης ἐστὶ σοφὸς, vel τῶν σοφῶν, *Socrates eſt ſapiens*, vel *ex numero ſapientum*.

2. Verbum ſubſtantivum ſæpe omittitur, maxime ſi ex Nominativis, qui copulantur, alter eſt nomen adjectivum neutrum: ut Αἰσχρὸν σιωπᾶν, *turpe eſt tacere*.

3. Infinitum hujuſmodi neutrorum non ſolum copulat Nominativos, & Accuſativos, ut apud Latinos, ſed etiam Genitivos, ac Dativos: ut τῶν δοκούντων εἶναι ἀγαθῶν, *eorum, qui videntur boni*. Ἔξεστιν ὑμῖν γενέσθαι μακαρίοις, *licet vobis eſſe beatis*.

Quæ genitivum regunt hæc ſunt.

1. Verba Subſtantiva: ut εἰμὶ τῶν φίλων, *ſum amicorum*, ideſt, *ſum in ære*, vel *numero amicorum*.

